



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Sanderi Angli Doct. Theol. De Origine Ac  
Progressv Schismatis Anglicani Libri Tres ...**

**Sander, Nicholas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1610**

Accedit demum Appendix R. P. Petri Ribadeneiræ Soc. Iesv Theol.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64680)

R. P.

P E T R I  
R I B A D E N E I R Æ  
S O C. I E S V T H E O L.

A P P E N D I X  
*Schismatis Anglicani,*

I N Q V A D E N O N N V L L O R V M  
Martyrijs ac de ijs rebus agitur, quæ à primæ hu-  
jus NICOLAI SANDER I partis  
publicatione in Angliæ regno  
contigerunt.

O P P S N O V V M, N V N C P R I M V M E X  
*Hispanico summa diligentia in latinum  
conuersum.*

P E R M I S S V S V P E R I O R V M.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Sumptibus Petri Henningi, sub  
signo Cuniculi, M. D. CX.





APPROBATIO.

**P**ræsens liber intitulatus, APPENDIX  
SCHISMATIS ANGLICANÆ  
R. P. Petro Ribadeneiræ hispanicè conscrip-  
tus & nunc in Lat. conuersus, iussu meo  
Docto viro Theologo reuisus & recognitus  
est, & nihil inuentum quod Catholicæ Reli-  
gioni, aut pijs moribus aduersetur, ideò illi  
prælo mancipandum iudico. Actum apud Pre-  
dicatores Coloniae 1610. pridie Calend. Sep-  
temb.

*Fr. Gisbertus Spechtius  
Apostolicus Inquisitor.*

SV



*SVM MARIA CAPITVM APPEN-  
dicis Schismatis Anglicani.*

**E**dictum contra Catholicos promulgatum,  
suadente Lecestrię Comite, Eiusdem mors,  
& aliorum quorundam Dei seruorum acti-  
ones. CAP. I. pag. 1

De duorum Catholicorum lapsu, deque ijs quas  
Deus per eosdem operatus fuit. CAP. II. 8

Martyrium de duobus Sacerdotibus ac totidem  
Catholicis Laicis in Ciuitate Oxoniensi sum-  
ptum. CAP. III. 13

Alij nonnulli Londini Martyriũ passi. CAP. IV. 23

Mors Francisci Valsingami Reginę Secretarij.  
CAP. V. 28

De crucib. que in Anglia apparuerũt. CAP. VI. 30

Sacerdotum nonnullorum ex Seminario Valli-  
folitano in Angliam ingressus, & actiones.  
CAP. VII. 34

De tribus falsis Prophetis Puritanis qui in An-  
gla emerferunt. CAP. VIII. 39

Mors Christophori Hattonis, Cancellarij Regij  
CAP. IX. 41

Edictum à Regina Elizabetha contra Sacerdotes  
& Catholicos promulgatum. Eorundem mor-  
tes. CAP. X. 43

Primarię nonnullę matronę ob fidem Catho-  
licam bonis, honorum insignibus, & vita ipsa  
spoliata. CAP. XI. 46

Hæreticorum stultitia explosa in quatuor pueris,  
& fratribus pro fide capiendis. CAP. XII. 55

Hæretici Anglicani Catholicis Veneficij crimen  
imponunt. CAP. XIII. 59

Tractus, quem ex ea persecuti one Catholici sunt  
indepti, CAP. XIV. 64

Catholici in Anglia Hæreticorum Synagogas  
adire, & Reginam pro Ecclesię suę capite ag-  
noscere nolunt. Eius rei causę CAP. XV. 66

Edictum Reginę Anglię Calvinianam hæresin  
oppugnantis, aduersus omnes Catholicos sui  
regni, quod in alios quoque Christianę Rei,  
publicę Principes indignissimas contumelias

ENDIX  
ICANIA  
conferri  
ssu meo  
ecognit  
licę Reli-  
ideo illi  
apud  
lend. Sep

btius  
quisitor.

SVW



*Summaria Capitum.*

- continet; promulgatum Lōdini 29. Nouemb.  
Ann 1591. per Reginam. CA P. XVI. 77
- Edictum Anglicanum impium, & in Deū blas-  
phemum est CA P. XVII. 88
- Bellum Gallicum, quod Regina iustissimum ap-  
pellat. CA P. XVIII. 91
- Seminaria Anglicana in Angliæ regno ab An-  
glis excitata. CA P. XIX. 79
- Hæretici Anglicani Papam propter Anglorum  
Seminaria reprehendunt, Noui econtrā Iapo-  
niæ Christiani eidem pro Seminarijs in suo re-  
gno excitatis, gratias agunt. CA P. XX. 103
- Qui Seminaria ingrediuntur, iuramento se ob-  
stringunt, ac postea in certis rebus occupantur;  
Eorum requisita, CA P. XXI. 115
- Animus & modus, quo Anglicani Alumni in  
Patriam suam reuertuntur. CA P. XXII. 117
- Quomodo alumni illi in Angliam reuertantur,  
& quid illic agant, CA P. XXIII. 123
- Edicti crudelitas contra Seminaristas & Iesuitas  
CA P. XXIV 127
- Ipsā falsitatē esse quòd nemo in Anglia ob reli-  
gionē occidatur, Edictū mēdax. CA P. XXV. 137
- Rationes Edicti quibus asseritur neminē in An-  
glia ob religionem mori. CA P. XXVI. 143
- Edictū istud acerbissimū, & toti Angliæ intolera-  
bile est. CA P. XXVII. 148
- Cū Edicta hæc tam falsa sint, cur publicentur.  
CA P. XXVIII 151
- Nonnulla huius persecutionis authoribus con-  
sideranda CA P. XXIX. 157
- Quæ Seminar. Sacerdotes ac alios Catholicos ad  
hoc certamen animare debeant. CA P. XXX. 163
- Continuatio præcedentis Capituli, & trium ca-  
sarū, quæ Martyribus animū addere debentur.  
plicatio CA P. XXXI. 167
- Causæ propter quas Deus Anglicanā illā per-  
secutionē permittit. CA P. XXXII. 171

APPEN.





A P P E N D I X

*Sive*

LIBER QVARTVS  
SCISMATIS ANGLI-  
CANI:

IN QVO DE NONNVLLORVM  
Martyrys, ac de ijs rebus agitur, quæ à prime Ni-  
colai Sanderi partu publicatione in Anglia  
Regno contigerunt.

EDICTVM CONTRA CATHO-  
licos promulgatum, suadente Lecestriz Co-  
mite. Eiusdem mors. Et aliorum quo-  
rundam Dei seruorum  
actiones.

CAPVT PRIMVM.



Ostquam Regina, quique  
ab eius consilio sunt vni-  
uersi à metu classis Hispa-  
nicæ aliquantisper respi-  
rauissent, illicò ad instar  
leonum contra eius regni  
Catholicos resurrexerunt:  
Promulgato crudelissi-  
mo confestim edicto, quo eos persecuèdi so-  
roremq; suam & rabiem in illos effundendi,  
omnibus passim copia dabatur. Erat huius tã  
atrocis edicti primarius facilè author Ro-  
bertus



bertus Dudlæus Comes Lecestria, qui capitulis Catholicæ religionis & quotquot eã profitebantur inimicus, ad eã barbariem & inhumanitatem euaserat, nihil vt eum dicere pueret, cupere se Londinum vniuersum sanguine Catholicorum pictum & coloratum intreri. Erat hic Ioannis Dudlæi Ducis Northbricæ filius, cui regnante Maria propter prodicionem, nouarumque rerum studium, interferebatur, caput à cervicibus fuit resectum. Cuius cum quatuor etiam filij eidem supplicio fuissent adiudicati, Mariæ tamen Regine clementia factum est, quod vitam recinuerit. Fuit inter hos Robertus Dudlæus, qui à dictæ Mariæ obitu tanta mox apud Reginam Elizabetham gratia & autoritate polluit, ipse totius regni quasi princeps, Pacis bellique studia suo pro libitu moderaretur. Erat idem Hollandiæ & Zelandiæ gubernator, ac totius regni generalis Capitaneus: cumque ea dignitate non contentus rerum summam, iam sibi à Regina concessam spe ac animo complecteretur, senatu Regio difficultatem eius in privilegij executione faciente, ipsoque adeo regni Cancellario literas ac diploma super nouo officio exaratum sigillo suo obsignare detrectante, tanto repente furore Comes percitus fuit, vt in terribilem morbum prolapsus horribili mortis genere animam exhalaret. Erant planè qui tunc dicerent eum à secunda sua vxore fuisse interemptum, idque non contra diuini Numinis vindictam, quod videlicet is ante primam suam vxorem, ac deinde secundæ primum maritum Comitem Exestig de me-



de medio sustulisset. Cuius quidē mors, quō-  
cunque demum modo homini impio & flagi-  
tius quibuslibet obfito illata, ita Catholicos  
vniuersos affecit, singulari, vt eā diuinæ pro-  
uidentiæ ferrent acceptam. Cū præsertim  
Tyrannus ille patre Catholico natus esset iā-  
iam coram vniuersa hominum multitudinis  
extremo supplicio afficiendus, magno affectu  
populum exhortatus fuerit, quatenus in fide  
Catholica perseverans, omnes Hæreses quæ  
regnum istud pessundabant execraretur; pro-  
ut à nobis libro tertio huius Historiæ relatu  
est. Quin cū idem Robertus non absque sin-  
gulari Dei beneficio mortem cui adiudicatus  
erat effugisset, gratiæ sibi à Diuino Numine  
præstitæ prorsus oblitus, nimiaque Regi-  
næ familiaritate corruptus, ac prospero rerum  
secundarum vento elatus, eo turpitudinis ac  
scelerum peruenit, vt suæ se Regi-  
næ fidelem  
seruum probaturus, crudelissimus ac atro-  
cissimus omnium Catholicorum eo in regno  
viventium hostis fieri non dubitaret. Quam  
improbam Deo, à quo vti diximus serua-  
tus tantoque in dignitatis gradu collocatus  
erat, amplius non ferens, ijs hominibus tra-  
gicum & funestum aliquod ob oculos exem-  
plum ponere voluit, qui secundo blandien-  
tis fortunæ successu dementati, ac sui obliti,  
ita viuunt planè ac si Deus nec esset, nec iu-  
stum iudicium exercere, nec bonis præmia,  
nec etiam improbis sempiterna supplicia a-  
liquando posset decernere.



Hac insperata Comitis Lecestriæ morte nunciata, edicti executio aliquantisper suspensa fuit. Verum mox Deo nonnullis seruatorum suorum martyrij coronam conferre cupiente, ne qui ad tantam dignitatem à Diuino numine vocati electique erant premio suo frustrarentur, maximam eorum partem quos ipse Comes viuus adhuc morti adiudicarat, de medio Regina tolli curauit; quod videlicet existim, et regni sui Catholicos à Lecestriæ Comitis morte animus ac spiritus esse sumptuos. Qua quidem ratione factum est, multi vt Dei serui in diuersis Angliæ locis Martyrio vitam consummarint.

Erecta tunc Londini fuerunt, nouæ crudelitatis instrumenta, sex numero noua patibula, passimque circa ipsam urbem in pagis & oppidis magna Catholicorum multitudine impios Anglorum manus cæde & sanguine suo madefecit: morientibus vniuersis admirabili cum constantia, paciētia, addo gaudio & voluptate. Atque hi cum ad patibulum ducti essent nulla ratione populum affari poterant, metuantibus Anglicam sæuitiæ executoribus, ne forsitan eorum sermone & exhortatione ad saniolem doctrinam traduceretur. Hinc cum ex Sacerdotibus quispiam Deanus appellatus, vir morum, grauitate & literis conspicuus, causam astantibus esset declaraturus, quare in foelici illo sæculo tantus sanguinis in Anglia profunderetur: Hæretici tanto confestim cum impetu ac violentia multa nequicquam dicere molienti os compresserunt, vt propemodum suffocatus exanimis



nimis relinqueretur. Quamuis autem sanctis illis Martyribus eo tempore ad populum dicendi facultas non concederetur, ipsa tamen hominum Sanctorum, Innocentum, ac inculpatæ vitæ virorum, tum multorum etiam nobilium adolescentium magno cum gaudio tolerata mors, satis superque astantibus indicabat, fidem illorum veram esse oportere, pro qua ipsi ad eò fortiter & constanter mortem oppetere non dubitarent.

Accidit eo tempore Londini memorabile quoddam. Cum enim Beati illi Martyres ad supplicia pertraherentur, primaria mulier, pectus Christianum mentemque Catholicam testatura magna verborum contentione Sanctos illos Dei seruos exhortata est, quatenus magna cum patientia & constantia tanquam Iesu Christi Martyres illata sibi tormenta perpererentur. Quæ cum deinde etiam ad illorum se pedes benedictionem petens prostrauisset, subito ab Hæreticis comprehensa, & in carcerem coniecta fuit.

Alium quoque Catholicum, qui non sine admiratione tantum Sacerdotum ac Laicorum in furcam agi conspiciens, quod in more habebat, attonitus Sanctæ Crucis signo se munebat, mox maximo cum tumultu & clamore, ad carceres similiter abripuerunt.

Mirabilis & haud aliquantò fructuosius fuit, quod eodem tempore Deus operari dignatus est. Cum enim Martyrum illorum quispam iam in restem induendus, ex scala magno cum affectu populū obsecrauisset, ut Catholicorum aliqui presentes essent, ij precipue



bus suis se apud Deum commendarent, quod videlicet eorum opera ac auxilio indigeret. Catholici confestim quotquot adderāt Martyris illius sermone commoti, existimantesque eum tentatione quadam in mortis agone constitutum impugnari, secretò precibus suis apud Deum illum commendauerunt. Cum ecce tibi vnus præ cæteris feruentior, sui que officij esse existimans, fidem Catholicam audaci confessione condecorare, pro qua Martyrem illum publicè mortem oppetere conspiciebat, flexis genibus magno cum effectu & deuotione, coram vniuersa hominū multitudine Deum pro eo obtestatus est. Quo factō Martyr mirabiliter recreatus & animatus, ipsi autem hæretici tantum in furorem confestim acti fuerunt, hominem vt illum è vestigio ad pœnas suppliciaque abduxerint.

Inter cæteros eo qui tempore mortem pro Christo & fide Catholica sustinuerunt, mulier fuit Margareta Vuarda, cumque ea nobilis adolescens Thomas Felton. Erat in mulierem capitalis lata sententia, quòd Sacerdoti carcerem perfringenti auxilium porrexerat: quam priusquam subiret, multis diebus antè atrociter flagellis procissa, & brachijs in ærem eleuata, non absque astantium stupore Carnifices & Carnificinam despiciebat. Dicens, Tormenta illa quæ perpetiebatur, præiudicia quædam eius Martyrij esse, ad quod diuina misericordia opitulante aspirabat. Ad extremum itaque mortem magno cum desiderio exspectatam incredibili robore magnaque astantium ædificatione tolerauit.

Tho.



Thomas autem Felton nobilis sicut diximus ac elegantis admodum formæ adolescens gloriosi Martyris Ioannis Felton cognatus erat. Publicarat is Ioannes, sicut in libro tertio Historiæ nostræ diximus, Lugduni, bullam Pij V. contra Angliæ Reginam, ob eamque causam aliquot annis ante Thomam, Martyrio fuerat coronatus. Huius ergo vestigijs Thomas Felton animosè insistens, & admirabilis Dutini seruitij ac religionis Catholicæ zelator, ab Hæreticis in obscurum carcerem conijcitur, illicque tres ipsos menses & medium inter latrones miserrimam vitā degit. Cum tamen ille animo nequaquam cadens, se ipsum erigebat, planeque confidebat fore, ut sanguinea Ioannis Cognati vestigia ipse quoque sanguinolētus sequeretur. Donec tādē admirabile adolescentis robur, insolentemque exaggerati illius animi constantiā Hæretici amplius perferre non valentes, ex carcere protractum extremo supplicio, similiter affecerunt: admirantibus quorquot aderant, Diuini prorsus Adolescentis illustria donarum indolem, præclaras virtutes, excellentem pietatem, insignem deuotionem, & admirabilem in poenis patiendis constantiam, vnā cum mansuetudine singulari etiam erga ipsos suos Carnifices se prodente, & videri spectarique gestente.



De duorum Catholicorum lapsu, de quibus quibus  
Deus per eosdem operatus fuit.

## CAPVT II.

**F**aciunt inaudita crudelissimaque Hæreticorum, quibus Catholicos prosequuntur tormenta, ipsique adeo actus & fraudes, quibus illos peruertere & transuersum agere conantur: vt humanorum operum inspector & arbiter Deus nonnullos cadere patiarur, qui de suis sibi viribus abundè omnia pollicebantur; vt ita nos per talium casus & lapsus nostram infirmitatem agnoscamus, & victorias à fidei Catholicæ hostibus relatos soli Diuinæ bonitati feramus acceptas. In hac itaque de qua tractamus persecutione, Deo permittente, duo Catholicam religionem professi, tormentorum metu superati fidem suam eiurauerunt (quemadmodum in alijs quoque persecutionibus aliquando legimus accidisse, verum eo modo & ratione, vt non ipsi tantum à lapsu surrexerint, sed alios etiam Apostatas in veritatis viam reuocarint, vniuersumque Catholicum populum præstare admodum ædificarint. Erat inter hos Sacerdos Antonius Tirelus, qui primùm metu superatus, mox verò ambitione ac promissis etiam expugnatus ad Hæreticorum partes transfugit, & à Regina ministris persuasus multos primarios Angliæ nobiles, cumque his Doctorem V Vilhelmum Alanum, Patres Societatis Iesu, ac alios etiam Sacerdotes accusauit, quod Romæ cum Gregorio xii. fœ-

licis  
glia  
ins re  
fraus  
tem,  
hodie  
sueue  
dum i  
tuser  
dia ef  
atque  
rans a  
ter eu  
itaque  
tentia  
& tra  
regni  
osabi  
Nobi  
culan  
glia, v  
set, m  
quod  
è quo  
terea  
clarat  
mini  
& po  
homi  
ria v  
que a  
se eff  
gotiu  
pera



licis recordationis Romano Pontifice de Angliæ Regina sustollenda, deque vniuerso eius regno turbando tractauissent: qua quidē fraude & prætextu impiam suam crudelitatem, crudelemque impietatem, etiam qui hodiè regnum illud administrant, tegere cōsueuerunt. Vix præfatus Sacerdos in profundum illud Apostasiæ Barathrum præcipitatus erat, cum ecce tibi Deus, qua misericordia est, manum continuò suam illi porrigit, atque vt peccatum suum agnoscens & deplorans ad fidem Catholicam reuertatur, suauiter eum pellicit atque inuitat. Constituens itaque Angliæ regno egredi, ac seriam pœnitentiam de peccatis suis aliqua cum quiete & tranquillitate agere, priusquam præfati regni terminos excederet, scripto errores suos abiurauit; vanitatemque suam in multis Nobilibus, Catholicis & Innocentibus accusandis, confessus est. Egressus itaque Angliæ, vbi aliquandiu Catholicam vitam egisset, mox vel à Diabolo deceptus, vel alio quodam vano respectu insecatus, ad regnum è quo profugerat reuertitur. Cum autem interea temporis, quo is abfuerat, fidei suæ declaratio, & iniusta accusatio diuulgata esset, ministri Regij apprehensum, qua blanditijs & pollicitationibus, qua minis & terroribus hominem eo impellere conati sunt, contraria vt declaratione priorem euerteret, quosque antè accusarat, verè ac meritò delatos à se esse asseueraret. Vt autem totum hoc negotium maiore cum solennitate & applausu perageretur, Apostatæ illi iniunxerunt, vt

a s coram



coram vniuersa multitudine fidem publicè confiteretur, quæ scripserat, infitaretur, Catholicam religionem eiuraret, omniaque illa quæ in prima sua accusatione cõtra Sacerdotes & Dei seruos continebantur, confirmaret. Promisit miser se obtemperaturum; rerum mox conscientia aliud dictante, ipsoque Deo quiescere eum non permittente, postquam huc illucque oculos coniecisset, re tota Deo commendata, eo quo dicemus modo, se gerere & tractare constituit.

Eo die, quo Antonius Tirelus declarationem suam facturus erat, Sathanæ ministri vniuersam multitudinem in forum S. Pauli (vbi templum totius ciuitatis maximum populosissimumque spectatur) inuicauerunt, vt spectaculo illi ac triumpho adeò abominabili de fide Catholica agendo interessent. Confluxit ingens nobilium, Ecclesiasticorum, ac Consiliariorum populus, auidus audiendi ea, de quibus ab aliquot iam diebus tota passim vrbe rumor erat disseminatus. Collectis iam omnibus atque in Auditorio congregatis, ipse Antonius Tirelus, facto silentio, vultu nescio quam turbationem ac animi motum præ se ferens, simul ac pulpitem conscendit, causas collectæ multitudinis ac tantæ hominum frequentiaæ aperire instituit. Deinde verò se maximum grauissimumque peccatorem, Dei ac illius Ecclesiæ, à qua descauerat hostem, & proborum innocentumque hominum contra ius & æquitatem persecutorè, accusatoremque appellauit. Cũ eccetibi plura dicere aggredientè; ac quem admodum



dū ipse Catholicus esset, utq; ab Hæreticis circumuentus fuisset declaraturū, imperato cōfessim silētio, vi ex suggestu detraxerūt. Verūm ille magnā schedarū vim, in quibus fidē suam profitebatur, hæreses abiurabat, & falsò Sūmum se Pontificē, Sacerdotes, & nobiles Catholicos, persuadētibus Reginae ministris accusauisse fatebatur, in populū conijciens, clara subinde voce exclamabat, Quoniā loquēdi mihi facultas non conceditur, istæ vobis schedæ satis superq; indicabūt, quid credam ac quid sentiā, omniaq; ea quæ circa me gesta sunt liquido & veraciter declarabunt. Ego sanè animā meā Deo, corpus autē omnib. tormentis ac pœnis, quas Reginae crudelitatis administri inferre mihi poterunt offero : sciēs tot ac tātis affici me non posse, quot & quātas pro meritū me fuisse confiteor. Dici omnino nō potest quomodo his auditis totū auditoriū turbauerit, Londinū, illiusq; hæretici tumultuati sint, quāq; è cōtra voluptati Catholicis hæc audire ac spectare fuerit. Donec tādē Sacerdos ille à Reginae ministris in horribilem carcerem detrusus, multis exquisitis & atrocibus supplicijs fuit excarnificatus.

Alter Apostata adolescens fuit virtutibus antè lapsū cumulatiſſimus, qui propter naturale quandā simplicitatē ab Hæreticæ prauitatis affectis & ministris à recta rationis semina fuit depulsus. Erat huic nomen Ioannes Chapina, qui simulac à sana doctrina descivisset, iam in libertate constitutus, propriæ conscientix remorsum experiri, pœnitentia duci, suamque sortem deplorare incepit.

Vnde



Vnde ad amicorum suorum non neminem, quem in carcere pro fide Catholica detentū reliquerat, in hæc verba breue epistolium exarauit.

Constituto mihi cum socijs meis, ante Iudicij tribunal, eam vt sententiam exciperem, qua morti adiudicato Deus pro infinita sua Misericordia Martyrij coronam pariter adiudicaret. Succurrerunt confestim mihi ( pro dolo ) ministrorum hæreticorum illecebræ, quibus Pridie animum meum delinierant. Iisdem itaque & tunc inescatus, mortis timore consternatus, ac vitæ dulcedine expugnatus, breui & momentaneo huic quod in hoc seculo degitur tempori, inmarcescibilem coronam postposui. Nunc autem ad instar ouis perditæ oberrans, animum intolerabili dolore tanquam clauo aliquo trabali transfixum agrè circumfero. Vestrarum itaque partium fuerit, pro me apud Deum intercedere ac meo exemplo alios, ne quid de proprijs sibi viribus polliceantur, neque aures hæreticorum serpentinis sibilis accommodent, admonere.

Postquam Catholici rescuissent, quàm malè infortunatè illū adolescentē lapsus suus haberet, animos denuò sumpserunt, feruentique oratione Deum conuenerunt, quatenus

Catholicos cæteros vniuersos dextra sua protegeret, neque similiter labi aliquando pateretur.

tur.

M.



*Martyrium de duobus Sacerdotibus ac totidem  
Catholicis Laicis in ciuitate Oxoniensi  
sumptum.*

CAPVT III.

**N**on contenti Hæretici anno supra mil-  
lesimum quingentesimo octuagesimo  
octauo tantum innocentis sanguinis ob cau-  
sas quas diximus profudisse, eadem planè  
barbara & scythica crudelitate, anno Mille-  
simo quingentesimo octuagesimo nono, non  
minus illustres Martyres per atrocia exqui-  
sissimaque sua supplicia ciuium Beatorum  
numero inseruerunt. Inter hos, in ciuitate ac  
vniuersitate Oxoniensi, in religiosæ cuius-  
dam viduæ domo, nocte concubia, maximo  
cum tumultu & strepitu duo Sacerdotes cõ-  
prehensi sunt: quorum alter Georgius Nico-  
lai, alter Iaxlaus ambo ex seminario Rhe-  
mensi, vocitabantur. Capti cum his vna fue-  
runt eques Belsenus, qui patrem Georgium  
visitaturus aduenerat, & domesticus Omfri-  
dus eximius Dei seruus, qui ipsos duodecim  
annos magna cum deuotione Catholicis  
suppetias tulerat, operamque suam colloca-  
rat. Ipsam deinde viduam ad magnæ pecunię  
vim numerandam coegerunt, omnibusque  
illius bonis confiscatis, domo sua egredi pro-  
hibuerunt; quatuor autem illos Dei seruos,  
puta Dei Sacerdotes, & totidem Laicos vni-  
uersitatis Vice Cancellario stiterunt, vt ab eo  
ac alijs eam in rem assumptis iudicibus exa-  
minarentur. Gregorius itaque Sacerdos  
in ma-

in ma-



in magna hominum præsentia forti & exag-  
gerato animo elataq; in super voce dixit: Cõ-  
fiteor ergo me Dei & Apostolicę sedis gratia  
verę, sanctę, Catholicę & Apostolicę Roma-  
nę Ecclesię Sacerdotē esse. Quo dicto, simulq;  
à Sacerdote illo nonnullis Hæreticis mini-  
stris fedē confusis & superatis, omnes in  
carceres coniecti sunt. Ex quibus eum dein-  
de etiam catenis onusti, protracti ac quæsti-  
onibus subditi, neutiquam conuinci possent,  
nihilque planē eorum de quibus interroga-  
bantur prodere vellent, rādem Iudicum mā-  
dato maxima cum ignominia Londinum de-  
uecti fuerunt. In quo itinere quas iniurias,  
illusiones, explosiones, quantamq; Anglica-  
norum Carnificum, turpiter ijs insultātium,  
libidinem ac petulantiam sustinuerunt; ver-  
bis explicari vix potest. Imò cum in ipsam  
etiam ciuitatem deueherentur fide propē-  
modum maius est, quantum contumeliarum,  
scommatum, & blasphemiarū à perdito sce-  
leratoque illo populo in immeritos ac inno-  
centes homines fuerit congestum. Vidisses tu  
illic inmanem hominum multitudinem ad  
eos, tanquam ad transmarina aliqua mon-  
stra videndos confluere, atque ad ipsum vsq;  
carcerem comitari. Dei autem seruos, pati-  
entia armatos, omnia poenarum genera ma-  
gno cum animi sui gaudio ac voluptate ab  
hostibus & inimicis suis, pro amore Iesu  
Christi, cuius crucem cordibus suis insculpa-  
serant præstolari, vbi Londini aliquot dies  
in carceribus substitissent, Francisco Valsin-



gamo Secretario, capitali Catholicorum hosti, & pessimo planè hæretico, representati sunt: A quo quicquã multa interrogati, atq; ut eos apud quos hæctenus diuertissent, proderet, sollicitati fuerunt. Vnde Pater Georgius Nicolai aliud nihil respõdit, quã omnes Catholicos, se autè Ecclesiæ Romanæ indignum Sacerdotè esse. Hoc audito, hæreticus exclamare, & magno cum furore ac laterù cõtentione vociferari: Si Sacerdos es, nunquid idcirco Regiã coronam prodere debes? Cui Dei seruus respondit: Næ verò ego cõsequentiã isthanc tuã miror, siquidè is, qui primũ Angliæ istud Regnum Idololatriæ tenebris depulsis, veritatis luce collustravit, Sacerdos fuit: quiq; post hunc doctrinã Euangelicam, quamq; nos profitemur fidè docuerunt, omnes omninò Sacerdotes fuerunt. Et quid si etiam dixerò eos, qui regnũ istud diuersimodè præceteris illustrarunt & condecorarunt nõ nisi Sacerdotes fuisse? Ad hæc Secretarius respondit: At non agebant Sacerdotes illi uti vos, non turbabant regnum, neq; id contra Reginã suscitabant. Si Euangelium Iesu Christi annunciare (dicebat Sacerdos) si verã fidè & Catholicam religionem ignorantibus tradere est regnum turbare, ego quoq; palam & disertis verbis confiteor similiter & eos Sacerdotes nouis rebus operam dare. Si autem maxima vtriusque differentia est, quomodo tam insigni iniuria Deum afficere, illiusque ministros aded crudeliter & efficaciter barbarè habere non dubitatis?

Videtes ergo Regiæ crudelitatis administri,  
minimè



minimè quæ desiderabant ex Dei his seruis posse exculpere, vtrumque Sacerdotem vnà cum perditis & sceleratis hominibus in locū infamem retruserunt, illicque miserimè excarnificatos, ac quinque horarum spacio in aère suspensos, nulla ratione eo addigere potuerunt, vnicam vt saltem voculam quã volebant inuitis exprimerent: Tolerantibus illis magno cum animo, patientia & constantia quaslibet pœnas & tormenta, quæ pro Christi amore illis inferebantur. Videntes autem mox ijdem Hæretici, nihil se suppliciorum suorum immanitate proficere, ad fraudes & astutias suas confugerunt. Hominem ergò egregiè vafrum & callidum subornant, quatenus Catholicum se fingens, ab ijs in fidei nostræ articulis instrui petat, aut si id propter pericula fieri non possit, aliquè sibi saltem indicent cuius ductu & auspicijs ad sempiternam vitã aspiraret. Aduertit confestim fraudem & malitiam Pater Georgius, homo præter raram doctrinam, & deuotionè egregiè prudens. Vnde fictitijs ille Catholicus egregiè confusus discessit; ipse autem Pater Georgius in locum subterraneū in sectis plenum, dimissus est; altero interim in turre Londinensi quotidianis tormētis ac æquuleis subiacente. Manserunt eo in loco, donec à consilio Regio vnà cum Laicis, in ciuitatem Oxoniensem, deuehi iussi sunt, pœnas illic in studiosorum exemplum persoluturi. Oxoniū cum venissent, ipsa confestim bona vicia perpetuis carceribus adiudicatur, bonisque suis omnibus, edicto publico spoliatur. Erat

matro-



maerona illa adeo Catholica ac Deo deuota,  
ve hilari æquissimoque animo pro triginta  
annorum hospitio Catholicis & Sacerdoti-  
bus præbito, ac pro seruitijs illis præstitis, fa-  
cultatum suarum confiscationem, bonorum  
distraktionem, ac libertatis suæ priuationem  
sustinuerit: Deum insuper obtestata, quate-  
nus cum Patribus ac hæredibus suis spiritu-  
alibus vna sibi mortem oppetere liceret. Hoc  
facto contra Clericos sententia perlata est,  
vt in furcam acti, proditorum instar in qua-  
tuor partes disseccarentur, quod videlicet à  
Papa instigati contra Reginæ mandatum, e-  
ius regnum turbas excitaturi, & falsam do-  
ctrinam tradituri, intrauissent. Duo autem  
qui supererant Laici ad restem condemnati  
sunt, quod videlicet dictos Sacerdotes comi-  
tati, texissent.

Hac sententia perlata, Dei serui pro inæ-  
stimabili illo beneficio quas poterant diuino  
numini gratias persoluerunt, & mutuis am-  
plexibus se stringentes maxima gaudij & læ-  
titiæ signa ediderunt. Eo autem die quo ad  
mortis supplicium subeundum, pertrahebā-  
tur hilari & sereno vultu magnam hominū  
accurrentium multitudinem salutantes dice-  
bant: Ecce nos ad mortem pro fidei Catholi-  
cæ confessione, quam nostri Patres & maio-  
res habuerunt, abducimur.

Obtulit se in primis & ante reliquos San-  
cto illi Sacrificio Pater Georgius, qui ora-  
tione ad Deum fusa, suæque fidei protestati-  
one ad populum facta, plura cum dicere  
vellet, à carnificibus prohibitus sanctè vitam  
b suam



suam consummavit. Secutus hunc fuit aliud Sacerdos, qui sicut viuentem Georgium Patris & Magistri loco habuerat, ita interfecti corpus amplexatus, eius animam obsecrauit, quatenus se apud Deum commendaret. Mox cum frustra pauca ad populum dicere voluisset, fidei suæ confessione facta, non absque magno circumstantium dolore Spiritum Deo reddidit.

Erat enim is adolescens nobili genere oriundus, tum morum elegantia & formæ venustate apprimè conspicuus. Post hos adductus fuit Belsonus adolescens similiter nobilis, qui cum Patibulo appropinquasset sociorum suorum corpora magna cum reuerentiâ osculatus, eorum animas, quæ iam cælesti gaudio perfruebantur, obsecrauit, vt earum intercessione pari cum constantia & magnanimitate illas subsequeretur. Credebat se namque ille quotquot sunt mortalium felicissimum esse, quod eorum spiritualis filius esse meruisset, quodque cum his socijs Deo se esset præsentaturus; sicque ad extremum magno cum gaudio Spiritum Deo reddidit.

Vltimus qui in hoc tam glorioso actu spectari voluit, fuit Omfridus, qui quanta cum animi voluptate ad mortem & Martyrii locum procurreret, dici omninò non potest. Quin cum iam etiam scalæ insisteret, ad populum conuersus dixit. Testor vos quotquot adestis vniuersos, in præsentia Dei suorumque Angelorum, me pro fidei Catholicæ confessione mortem oppetere. Quæ verba cum



ex hæreticis ministris feruentior non nemo  
audiuisset, subiecit: Vtrum ergo infœlix ig-  
noras quidnam sit Catholicum esse? Respon-  
dit Martyr: probè omninò ego noui quid sit  
esse Catholicum, tamen id terminis Theo-  
logicis explicare forsàn non possim. Et noui  
etiam quid mihi credendum sit, tum quare  
sanguinem isthunc meum Innocens profua-  
dere non verear. Quibus dictis mox sanctè in  
Domino obdormiuit.

Hoc spectaculum & supplicium in ciui-  
tate Oxoniensi exhibitum magnum dolo-  
rem, & admirationem etiam in præsentium  
animis excitauit, quæ postea alterius, quod  
narrabo, facti nouitate mirabiliter aucta fu-  
it. Cum enim duo illi Sacerdotes & Sancti  
Martyres, iuxta sententiæ in eos perlatae te-  
norem, in quatuor secti partes, vna cum ca-  
pitibus, vereribus Castellum Oxoniensis muris  
impositi essent: adfuerunt confestim Hære-  
tici, partesque illas exanimè egregiè adhuc  
venustas & elegantes conspicati, Spiritu Dia-  
bolico instigati, repetitis cultrorum ictibus,  
earum carnes deformare ausi sunt. Ob  
quam deinde causam ex Iudicum mandato  
partes illæ ablatae, & portis ciuitatis imposi-  
tae fuerunt.

Eo cum delatae essent, itaque collocatae, ut  
manus singulorum terram versus defluerent  
ac dependerent, sola Sacerdotis Georgij de-  
stra sursum eleuata, & ciuitati minitans fu-  
it deprehensa. Quod deinde miraculum, etiam  
nonnulli Hæretici, uti solent obscurare  
causa-



causæque naturali & neruorum rigori ascribere conarentur, nihilominus Catholici vniuersi, & non omninò pauci inter ipsos Hæreticos, rem illam supernaturalem & Deo propriam esse agnouerunt. Cum enim feruenti aqua partes illas exanimis coxissent, intelligere planè non poterant vnde hic neruorum rigor quem alij dicebant, deberet proficisci.

Quin cum etiam dictus Pater Georgius coram tribunali iniustam sententiam, qua contra ipsas Anglicani regni leges opprimbatur secum expendisset, iudices commonefecit, esse adhuc maiorem & potentiorè longè Iudicem, quæ ab ijs aliquando strictissimam rationem exacturus, & poenis sempiternis adiudicaturus illos esset. Cuius cum viuentis admonitionem audire nolissent, singulari Dei prouidentia factum videbatur, vt etiam mortuus & minitabundus eadem illa denuntiaret. Confirmata fuit hæc opinio, à populi existimatione, de Patris Georgij sanctitate, feruore, zelo, & charitate concepta: quodque eum sex ipsos annos in animabus lucrificandis eo in regno occupatum fuisse, ac per eundem memorabilia quædam patrata designataque constabat. Vt enim alia hoc loco taceam, eodem, quo ipso Oxoniægebatur tempore, adolescens quidam Hæreticus Areotus appellatus, propter atrocissima & grauissimaque alia scelera in castello Oxoniensi captus, & in carcerem coniectus fuit. Cumque in eadem custodia nonnulli Catholici vincti tenerentur, persuadere illi inceperunt,



perunt, quatenus peccata sua agnoscens, ad Deum fidemque Catholicam conuersus postea mortem & supplicium tanquam scelerum suorum mercedem æquo animo perteretur.

Cum ecce tibi adolescens ille elegantis admodum ingenij, diuinæ lucis radium in pectus admittens, paratum se esse dicit, eaque Catholici facienda sibi consulissent, præstare & exequi. Hac re Sacerdoti Georgio per literas explicata, peccatrix illa anima ad peccata sua deplorandum ac certo tempore illa confitendum à Catholicis extimulata, tantum repente de peccatis suis dolorem habere incœpit, integras vt noctes & dies lachrymis transigeret, & morte pro ijs sua Deo satisfacere desideraret. Cumque nocte quadam indicatum, illi esset sequenti eum die ad mortem esse rapiendum, confestim Catholicos accessit, & in terram prostratus dixit. Væ mihi Domini, Patres, & Magistri mei, Væ mihi, cui sine confessione moriendum est. His ita dictis totam noctem illam in peccatis suis deplorandis, pœnitentia facienda, & Deo, quatenus se in necessitate ista non dereliqueret, obtestando transegit. Sequenti die capitali supplicio, quod de latrone ad eum celebri & famoso sumendum erat publicato, ingens hominum multitudo confluxit. Aduenit & inter hos Georgius, qui quod à Catholicis monitus esset, dissimulato habitu equitem & agnatum latronis mentitus, carcerem velut illum visitaturus & consolaturus intrauit. Vbi postquam peraman-



ter coram tota hominum frequentia se salu-  
 tauissent, ipse Georgius Latronem velut con-  
 solaturus & ad mortem constanter oppeten-  
 dam exhortaturus, sub arborem carceri a-  
 stantem, à reliquo populo seduxit: ibique  
 latronem magna cum lachrymarum copia  
 peccata sua confitentem absoluit, ac inter  
 amplexus & oscula ab eo in carcere relicto  
 discessit. Incæpit tunc confestim latro se Ca-  
 tholicum profiteri, & quamuis sæpenume-  
 rò ab Hæreticis impeteretur, nunquam ta-  
 men peruerti aut transuersum agi potuit: im-  
 mò cum iam iam in furcam agendus esset, ma-  
 gna cum læticia & gaudio professus est, se-  
 mile etiam vitas haberet, multò quam liben-  
 tissimè pro fidei Catholicæ confessione eas  
 esse impensurum. Quæ quidem ille tanta  
 cum deuotione dicebat ut mortis suæ instru-  
 menta, scalam, restem, & patibulum oscula-  
 retur: mirantibus vniuersis subitam in sub-  
 lessore itinerum mutationem, ac constituen-  
 tibus peccatorum quantumuis flagitiosum  
 omnino neminem debere desperare: Elu-  
 cente præterea mirabili Dei potentia in an-  
 mabus ad religionem Catholicam conuer-  
 tendis, quæ in hac, sicut etiam in pluribus a-  
 lijs rebus Diuina est, & vniuersis Infidelium  
 ac Hæreticorum lectis, falsisque reli-  
 gionibus multò quam dis-  
 similima.







fecisse, sed altum silentium tenuisse, & triste ac conturbatum domum rediisse fuit deprehensus.

Dum Pater Antonius Mideltonus mox in furcam agendus ex scala, paucis ut sibi popululum affari liceret frustra petiisset inquit: Quoniam paucis non quæ volebam coram vobis expromere debeo, Deum testem facio, morte me isthac affici propter Catholicam & Romanam Religionem, quodque Sacerdos sum & verbi Diuini concionator. Eandem itaque Diuinam Maiestatem simplex obtestor, quatenus mortem hanc in memorum peccatorum remissionem accipiat, Sanctam Catholicorum fidem confirmet, & Hæreticos in veritatis viam perducatur. Ad hæc verba eques quidam, qui inter cæteros ad illud etiam spectaculum confluxerat, ex equo cui infidebat respondit: Benè admodum locutus es mi Pater, atque id ipsum sufficit. Vix verba protulerat, & ecce cum socio suo è vestigio in carcerem conijcitur.

Sub Quadragesimalis ieiunij initium, Patrem Christophorum Bates Sacerdotem morte similiter affecerunt; etsi diuersa omnino ratione. Quippe quem viaueris persecuti, ideò se condemnare dicebant, quod videlicet à Romano Pontifice Sacerdos ordinatus, Roma in Angliam contra regni leges se contulisset. Quem priusquam etiam morte afficerent, crudelissimè tormentis excarnificarunt, ut vbinam loci Missam celebrasset, apud quem diuertisset, & à quo sustentatus



ratuſ fuiſſet intelligerent. Verùm cum ille poſt viginti quatuor horarum in aëre ſuſpenſionem admirabili cum conſtantia & fortitudine tormenta vniuerſa perpetetur, tandem Martyrio vitam conſummauit.

Hic necdum mortis ſententia perlata cū à Iudicibus interrogaretur, vellent adhuc aliquid in ſui deſenſionem allegare, reſpondit; vnum tantum ex vobis ſciſcitabor Iudices, vtrum videlicet Diuus Auguſtinus, qui à Sancto Gregorio in Angliam ablegatus, fidem Catholicam regno illi annunciauit, proditor fuerit? Quid cum illi negauiffent, Sanctus reſpondit: quamnam ergo ob cauſam me ad tribunaſia raptum morti tanquã proditorem adiudicatis, cui ab eadem Apoſtolica Sede in Angliam ablegato, non plus obijci poteſt quam Diuo Auguſtino fuerit obiectum? Quæ etſi ille magno cum verborum pondere & authoritate proferret, nihil tamen ſecius morti adiudicatus fuit: adiuncto illi Londinenſi quodam ciui Hornero appellato, qui Sacerdotes ſuam in domum receperat. Hic cum de nocte mortem ſuam præcedente flexis genibus Orationem ad Deum funderet, Coronam ſuper caput ſuum conſpexit, quam manibus apprehendere volens, nihil deprehendit. Conſurgens itaque ab Oratione, periculumque facturus, vtrum tantum imaginatio ac ipſius viſio deceptio eſſet: animaduertit ipſam coronam ſecum moueri ac de loco in locum cum illo transferri. Hac ille itaque viſione mirabiliter re-



creatus, sed à Deo ad Martyrium vocari animarumque intellexit. Et probauit hoc sanè sequentis diei effectus, siquidem admirabili cum fortitudine & voluptate mortem sibi illatam tolerauit.

Eodem supra Millesimum quingentesimo nonagesimo annò, duo religiosi ex ordine Sanctæ Brigidæ, ex Hispania redeuntes (in quam profecti erant Regi ut Catholico supplicarent, quatenus Monasterio Monialium Anglicarum eiusdem ordinis in Gallia ciuitate Ruan opitulareretur) non absque optima Eleemosyna à Regia Maiestate obtenta, ab Hæreticis Rochelensibus per eius in qua uehebantur nauis præfecti prodicionem, capti comprehensique fuerunt. Rochelam itaque abducti, illicque Principi de Biarne præsentati, post longum examen aliquot dierum spatio adeò malè habiti fuerunt, ut fame & inedia confici debuerint, nisi à Gallo quodam Catholico aliquid semper alimenti ij fuisse porrectum.

Elapsis aliquot diebus, cum Princeps præfatus homines illos pauperes esse intelligens, nihil ab ijs exsculpere emungereque posset, bonam se gratiam apud Angliæ Reginam initurum ratus, dono illi eos transmisit, ac hæretico cuidam Nauarcho commendauit. Hic cum homo barbarus & crudelis esset, omnemque prorsus humanitatem deposuisse uideretur, pessimis modis Innocentes tractauit. Vnde ut ijdem Dei serui plura tolerarent ac perpetuerentur, nauigatio Rochelana Angliam



gliam versus quæ intra paucos dies solet ab-  
solui, ipsos sexaginta duravit. Quo quidem  
tempore religiosi illi patres, ferreis catenis  
onerati ac seminudi acerrimum frigus per-  
petiebantur: manducantes quotidie salsarū  
aliquid fabarum, cum aqua & sine pane. Quā  
miseriam ipsi cūm Hæretici ferre non valen-  
tes Nauarcho indicauissent, ille iuratus reli-  
giosorū hostis, nihil planè mouebatur; imò  
tempestates & ventos quibus nauis quando-  
quæ iactabatur, Dei illis inimicis (ita homo  
flagitiosus viros religiosos appellabat) at-  
tribuens, aliquoties in mare eos voluit præ-  
cipitare. Tametsi postea in periculis & ne-  
cessitatibus constitutus, propria suggerente  
conscientia intelligeret, eos Dei amicos esse  
sicque blandis verbis illos alloquens obse-  
rabat, Deum vt pro se ac nauis incolumitate  
precarentur. Promittens melius deinceps il-  
los à se habitos & tractatos iri. Verùm cūm  
hi motus non ex virtute, sed ex metu tantū-  
modo nascēs vi fuisset expressus, simul ac pe-  
riculum euassisset, ad pristinam crudelitatem  
reuertebatur. Ad extremum itaque post lon-  
gas ac diuturnas maris molestias terræ ap-  
pulsī, ab hæreticis, quos itineris socios  
habuerant, continuò in carcerem coniecti sunt.

(··)

*Mors*



Mors Francisci Valsingami Reginae  
Secretarij.

## CAPVT V.

**M**Oritur circa initium anni Millefimi  
Quingentesimi Nonagesimi primi Fran-  
ciscus Valsingamus Reginae Secretarius: qui  
præter Barbaram quandam ferociam & cru-  
delitatem quantus Hæreticus & Calvinianæ  
sectæ fautor fuerit, credi omninò non potest.  
Vnde authoritate qua pollebat, & gratia qua  
apud Reginam valebat, ac deinde etiam Co-  
mitis Lecestriæ familiaritate fretus, multa  
crudelia & atrocia cõtra Catholicos designa-  
uit. Quæ etsi innumera planè ac infinita sunt,  
in duabus tamen potissimè rebus Scyticè il-  
lius barbaries elucebat. Primum in Semina-  
rijs ac Sacerdotibus qui in illis viuebant per-  
sequendis. Secundo in discordijs inter Prin-  
cipes seminandis, & facibus alienis regnis in-  
ijciendis, vt suo quietem & tranquillitatem  
adferret. Et quâtum sanè hic odiù contra se-  
minaria conceperit ac monstravit, ex ijs satis  
superque liquet, quæ ad illa funditus extir-  
pandum designare non dubitavit. Primum e-  
nim multis apud Christianissimorù Gallorù  
Regem egit, quatenus omnes Anglos Catho-  
licæ religionis fautores, ac præcipuè eos qui  
in Seminario Rhemensis erant, regno suo pro-  
scriberet. Quod cum nequicquam se tētavit,  
se videret, rationem quandam inijs, qua inter  
ipsam Seminarij iuuentutem dissensiones &  
discordias seminaret. Falsus fuit in hoc etiam  
suo



suo instituto, siquidem ipsi adolescentes eius astutia & artificio animaduerso in sancto suo proposito confirmati, ex pestilentis viparæ veneno salutarem Theriacam confecerunt. Hanc ille vt rebatur iniuriam indignè ferens Doctori Alano Collegij Rhemensis pro tempore Rectori, toxicum propinauit: credens eam si columnam labefactauisset, ædificium vniuersum extemplò esse ruiturum. Atque ob hanc deinde causam Anglos nonnullos in Galliam Italiamque, crudelissimi sui facinoris executores & ministros ablegauit. Quæ quidem ipse immanitate contentus ratione inijs, aquas & fontes dicti Seminarij veneno inficiendi, vt ita vno haustu omnes vita priuaret. Verum Deus eadem Collegia quæ fundauit conseruare etiam volens, perditissimi hominis conatus & artes vniuersas elusit. Alterum vt diximus Valsingami studium fuit, ignem & funestas faces vicinis & adiacentibus regnis inferre: in qua quidem ille mirum est quam industrius ac diligens esse conueuerit. Quo enim facilius desiderio suo satisfaceret, facultates & opes suas vniuersas in exploratores, emissarios, & coryceos profunderi non dubitauit, vt ex ijs deinde Catholicorum, hæreticorum, Christianorum, ac infidelium similtates ac concordiam etiã intelligeret. Propter hæc nuncia, quodque Secretarius esset, splendor admodum redditus à Regina habebat: Cui quidem ille omnia ita depingebat, magna vt voluptate quandoque eam perfunderet: Ignaram interim eorum quæ eius animus spectabat & moliebatur.

lieba-



2. Mach. 9.  
Euseb. Hist.  
l. 3. ca. 28.

liebatur. Donec tandem Valsinghamus omnibus suis facultatibus, amicorumque etiã fortunis absũptis, ac in Reginae seruitio, ac Catholicorum persecutione dilapidatis, magno ære alieno oppressus, turpi & horribili infestiorum Apostemate laborans, velut aliet Antiochus aut Maximinus tristem & flagitiosam suam vitam consummauit, mortemque in omnem æternitatem duraturam inchoauit: Exultantibus vniuersis Catholicis ac Deo gratias agentibus quod ex crudelissimi tyranni manibus illos liberauisset, quodque eius morte omnes mortales docuisset, quæ admodum foelicitati temporali nõ confidere, quæque caduca, breuia, & momentanea sunt non semper esse duratura, debeant existimare.

*De Crucibus quæ in Anglia apparuerunt*

CAPVT VI.

1591. Eodem anno 1591. vigesima tertia Aprilis die, quæ Sancto Gregorio Martyri Angliæ Patrono sacra est, circa vesperam, in Comitatu Norfolkienfi in Angliæ regno sito magnus in cœlo circulus cum duobus minoribus ac trib. in singulis solibus apparuit. Horum medius reliquis splendidior, collaterales suos claritate anteuertebat: tamen si illi tantum lucis diffunderent, quãtum ad noctem illustrandã requirebatur. Inter hos qui medius erat Sol, paruo circulo ambebarat, qui Occidentem spectans, maiorem interfecabat. Huic deinde maiori circulo minor a-



litus, ac in illo Crux Sancti Andree inter Septentrionem & meridiem spectabatur. Quin & minori illo circulo versus plagam Orientalem, Similis Diui Andree crux intermedia soli opposita videbatur: quæ priore maior & clarior maiorem itidem circulum diuidebat. Hæc in tota passim Anglia visa spectataq; fuisse, grauisissimi quique illius scriptores testantur. Super hac deinde crucium apparitione, varij discursus & interpretationes euulgatae fuerunt: ipseque adeo Frater Alphosus Chacon ex ordine Prædicatorum tractatum Romæ edidit, in quo de Anglicanarum Crucium apparitione, præsertim autem de illis, quæ in mense Maio sequentis anni in ciuitate Burgenfi, Amian, & alijs Gallia locis, atq; adeo etiam Lutetia Parisiorum, diuersis diebus, in templis, festibus sacris, Albis, Casulis, & altaribus ac corporalibus visæ sunt: Quarum nonnullæ adeo firmiter subiectis inhærebant, nulla vt planè artè industriaque possèt auelli. Quid autem Deus per Cruces illas significare voluerit, ei tantummodò compertū est; et si enim Diuina Maiestas istiusmodi prodigijs homines excitare ac perterrefacere velit, non continuò tamen neque semper iisdem voluntatem suam patefacit, quo videlicet à secreta & ineffabili illius prouidentia tori dependeant. Constat nihilominus Crucem sui amatoribus gaudiū & cōsolationē, hostibus verò & inimicis dolorē tristitiāq; afferre.

Seimus Crucem, quā Constantinus ad bellum contra Maxentium Tyrannum proficiscens in coelo vidit, victoriæ signū fuisse: quā  
idem



*Euseb. l. de  
vita.*

*Constant.*

*6. 22. 23. &*

*24.*

*Greg. Nazi-  
an. orati. 4.*

*in Iulianū.*

*Niceph. l. 7.*

*ca. 49.*

*Sozon l. 4.*

*ca. 4.*

*Niceph. l. 9.*

*ca. 31.*

*Boet. hist.*

*scotorum li.*

*10. pag. 190.*

*Annales*

*Portugal.*

*& Maff. l. 5.*

*Hist. Indic.*

idem Imperator in virtute crucis reportauit, quemadmodum illi à voce cœlitus delapla: In hoc signo vinctes, antè erat promissum. Neque verò ignoramus, crucem quæ Sancto Cyrillo Patriarcha Hierosolymis agente, supra montem Caluarix apparens, ad montem Oliueti vsque porrigebatur, multarū illustriū & memorabilium victoriarum fuisse indicium. Immò ne ad extrema exempla confugere debuisse videamur, Anno Octingentesimo decimo nono, Hugo Putonum Rex contra Athletanum Anglorum Regem bellum gerens, periculumque in quo versabatur videns, Sanctū Andreā obtestatus est, quatenus sibi eo in prælio opitularetur. Cū ecce tibi, Sanctus Apostolus Regi apparens, sequenti die victoriam ex hoste relaturum illum esse (quemadmodum quoque contigit) prædixit: apparere in huius veritatis confirmationem in cœlo S. Andree cruce admodum clara & splendida super Pictonum Castra.

Similiter cū Alphonfus AlbuQuercius cum classe sua Portugalēsi in Insula Camargena quæ in Isthmo maris rubri ad plagam Occidentalem sita Pretiosi Ioannis Regnum attingit, versaretur, sanctissimæ Crucis vexillum in aëre apparuit, quam ille cum toto suo exercitu, ac nautis vniuersis non absque maxima reuerentia, & cœlesti consolatione adorauit, accipiendo illud in signum certissimæ victoriæ, quam diuina assistente gratia à gentilibus & Barbaris Indis esset relaturus.

Transeo hîc innumera alia exempla, quæ passim in historijs sacris & profanis, antiquis & re-



& recentibus reperta, veritatem nobis istam hanc declarant, planeque ostendunt, Deum Ecclesie suae crucem tanquam pignus honorum praestandorum nunquam non exhibere voluisse. Extant autem & alia exempla, ex quibus intelligere possumus, Deum per cruces exhibitas improbos & flagitiosos perterrefacere castigareque voluisse. Queniam admodum Iuliano Apostatae contigit, qui eximius Iudaeorum fautor & Christianorum persecutor cum templum Hierosolymitanum esset restauraturus, iamque fundamentis excelsis, omnem materiam comportari curauisset, ignis de caelo descendens vniuersa absorpsit: apparentibus in libris & vestibus Christianorum, Gentilium, & Iudaeorum nigris crucibus, quae nullo modo tolli poterant & aboleri. Haec autem ad improbum & sceleratum illum Imperatorem puniendum accidisse, vel ex eo intelligi potest, quod ipse impio & nefario bello Sanctam crucem, qui in ea pro nostri amore mortuus fuit, persecuti non dubitauit.

Verum dimissis istis quae in historijs circa cruces accidisse varijs temporibus & diuersis effectibus leguntur, dico Anglicanas illas Catholicos in Galliae & Angliae regno ruentes animare excitareque voluisse, ut sanguinare Tyrannorum contra illos excitatam tempestatem fortiter tolerantes, quantumuis crudelia tormeta cum Seruatore nostro amplecterentur: qui ut nobis vitam conferret, mortem in cruce oppetere non dubitauit, ac per illam deinde mundum sibi subiecit,

*Socrates l. 2. ca. 17.*

*Nicoph. l. 10. ca. 17. § 33.*

*Cedrenus p. 252. Ruff. l. 10. c. 38. § 39.*

*§ 39.*

*§ 39.*

*§ 39.*



corda deuicit, idololatriam euertit, & mundum ac Infernum pariter debellauit.

Nicoph. lib.  
17. cap. 3. &  
lib. 14. cap.  
34. Cedre-  
nus pag. 303.

Anno 529. sub Imperatore Iustiniano eius nominis Secundo, Antiochiæ tantus terræ motus coortus fuit, totam vt propè ciuitatē euerterit, ipsiq; adeò illius incolæ, nudis pedibus ex domibus suis prouolantes, magno cum clamore & eiulatu Diuinam misericordiam implorarint. Donec Sancto ac religioso cuidam viro reuelatum esset, si domuum portis verba ista inscripisset: *Christus nobiscum, state;* è vestigio terræ illum motum esse cessaturum. Idem planè est S. Euthymio Patriarchæ Constantinopolitano euenit, qui postquam de cathedra sua deiectus in Insulâ, ad quam eum tempestas depulerat, venisset in pariete eadem verba: *Christus nobiscum est, state,* legens mirabiliter fuit recreatus. Et debent sanè eodem modo omnes Catholicæ animari, cū cogitant Christū illis promississe, quod vsq; ad consummationem sæculi cū eis sit permanens: quodq; in virtute celestis huius signi tentationum venti ponant, fluctus conuiescant, & maris tempestas in tranquillum conuertatur: Et quod denique illud aliquando tempus adfuturum est, quando constantes Dei serui ac veræ sponsæ suæ, hoc est sanctæ Ecclesiæ filij, pelagi furorem & exitum pedibus suis conculcabunt.

*Sacerdotum nonnullorum ex Seminario Vallis  
holitano in Angliam ingressus, & actiones.*

#### CAPVT VII.

**C**irca hoc ferè tempus vndecim aut duodecim



decim Angli Sacerdotes, Seminarij quod Rex Catholicus & alij pij deuotiq; homines, sicut postea dicitur, Eleemosynis suis sustentari, primitiæ in Angliã appulerunt. Qui etsi simulato habitu vterentur, & quatuor eorum restibus nautas mentirentur, mox tamẽ capti, ad aulã missi, eius præfecto præsentati, ab eodẽ tandem liberi abire permissi sunt, quod sufficienter satis vnde & cur aduenissent declararent. Imò cura etiam postea fraus & dolus ille innotuisset, nequaquã tamen ab Hæreticis cõprehendi potuerunt. Qui cũ mox etiam intellexissent priores illos qui intrauerant alios subsequi, credi omninò non potest, quã vniuersum Reginae consiliũ eã ob causam turbauerit Sumpturi itaq; rationẽ ab ijs qui iam in regno suo versabãtur, omnesq; pariter alios, qui id aliquãdo ingressuri esset perterrefacturi, duos Seminarij Rhemẽsis Sacerdotes, quos captiuos habebãt Martyrio afficere cõstituerunt. Horũ alter Georgius Bisley magni animi Adolescẽs, alter Momfredus Scotus vir raræ virtutis & Sanctitatis appellabatur: qui cũ à multis iam annis innumerabiles animas Deo lucrificasset, mortem & Martyriũ præmij loco hilari animo tolerauit. Ambo autẽ magna cũ constantia mortui sunt confitẽtes publicè Sanctam fidem Catholicam & à Regina oblatã sibi gratiam fortiter respuentes. Affecti sunt eodẽ tempore Martyrio in diuersis Angliæ locis ac prouincijs plures alij Dei serui, quos sigillatim ex Sacerdotibus quispiã in eo regno viuẽtibus commemorat: Cuius nobis epistolam subiungere visum est.



Apud nos misero & exulcerato isto saculo  
 mortes, martyria, tormenta, cruces, & carceres  
 quotidiani sunt: omnesq; adeo quae ad vos eunt  
 epistola non nisi de calamitatib. & miserijs quas  
 Catholici perpetiuntur, de diuersis mortium ge-  
 neribus quibus afficiuntur, deq; copioso quem illi  
 profundum sanguine loqui tractareq; possunt.  
 Non variauit adhuc facies & figura Anglie,  
 nec excessit furor & rabies Hereticorum, cum  
 qua haecenus Catholicos persequerentur. Be-  
 nedictus itaque sit Deus, quod Catholicorum no-  
 strorum vigor & constantia eadem adhuc est  
 quae semper fuit. Non expectet proinde V. R. ali-  
 ud literarum mearum argumētum, quam quod  
 tormenta & mortes Dei seruis illatas explicet  
 & complectatur.

In ciuitate Vorque, Mense Aprili Robertus  
 Therseus Sacerdos ex seminario Rhemensis, for-  
 titer dimicans cursum suū foelicissimè consum-  
 mauit. Fuit hunc ad idem sacrificium comita-  
 tus Thomas Batinsonus Laicus, qui Roberti indi-  
 uiduus in vita, morte, & Martyrij gloria socius  
 sedulo operam illi suam in Dominica vinea ex-  
 colenda collocauit.

Vintomiae Mense Iulio magno cum omnium  
 Catholicorum applausu & letitia Sacerdos Ro-  
 gerius de Kinsonio, & Rodolphus Milnerus Lai-  
 cus coniugatus, magna cum constantia pro fide  
 Catholica Martyrij coronam acceperunt. Quo-  
 rum hunc postremum Rodolphum puta, cum tu-  
 dex nequicquam admoneret quatenus sui, con-  
 iugis, & octo librorum memor, semel tantū Cal-  
 uinistaram Ecclesiam ingrediendo patibuli ig-  
 nominiā declinaret: ille magno cum animo  
 respon-



respondit: An ergo tu mihi suadeas, vt pro exigua substantia, pro uxore, & pro liberis Deum perdam ac missum faciam? Adeò videlicet in Sancto illo Dei seruo Iesu Christi illud impletum fuit, quo eum, qui pro sui amore Patrem, Matrē, uxorem, liberos, & seipsum impendere dubitat, se dignum non esse.

Eodem in loco eodemq; pro tribunali septem Nobiles virgines, quod dictum Sacerdotē Missam celebraturum in domum suam recepissent, morti adiudicatae sunt. Cùm autem Iudices compassionem morti mortis perlatam sententiam exequi differentes, Virgines illas metu tantummodo expugnari posse crederent, & idcirco ad carcerem reduci illos iussissent, omnes confestim in lachrymas soluta, clara voce eos obtestati sunt, quatenus mortis sententiam exequentes à dulcissimo suo Patre se neutiquam separarent: Dicentes iustum esse, vt cuius in delicto sociæ fuissent, eum quoque morientem comitarentur; confidentesq; fore, vt eiusdem Dei benignitatē, qui illis animum ad ea qua fecerant præstanda indiderat, pro sancta etiam Catholica fide mortē se constanter esse appetituras.

Eodem Mense Londini alij duo Sacerdotes admirabili cum constantia, voluptate, & fratrum suorum edificatione mortem perpeffi sunt. Horū alter Georgius Beseleyus, varijs exquisitisq; ante mortem tormentis excarnificatus, vt quibus in Catholicis conuersatus, vel à quibus Hospitio receptus esset, reuelaret, Carnificum immunitate contempta nihil eorum manifestauit.

Et Beseley mortē similiter passus est grauissimus & sanctissimus vir Momfredus Scotus,



Sacerdos tanta cum spiritus voluptate & modestia, ipsis ut Hereticis admiratione percussis, Reginorum Carnificum Princeps gloriabundus dicere non vereretur, optimè se, de vniuerso Angliæ regnò, & de Regina ipsa promeritum videri debere, quòd Papistam adeò deuotum, ac penitentis, ieiunij, & vigilijs tantoperè exhaustum de medio sustulisset.

In turri Londinensi Mense Augusto Thomas Pormortus ex Seminario Romano aduentans, in carcerè abductus, & equuleo subditus fuit. Eodem hoc momento in eadem turri, Nobilissimus eques Thomas FikeHarbe captiuus tenetur, qui cum amicorum suorum non nemini bona & facultates suas vniuersas legauisset, ab eodem profuerdarum auido accusatus est, quòd Sacentem in domum suam recepisset: qui octuagesimum et atis suæ annum agens, in momenta singula fœlicem Martyrij coronam præstolatur.

Verùm sicut turbata à aqua fœlix piscatio est: ita Deus in medio istarum turbarum & persecutionum magna piscium quos habemus copia reficit ac consolatur. Nos certè Londini non ita pridem sexaginta numero Sacerdotes Sacramenta administrauimus, verbum Dei prædicauimus, & quotidie aliquos Sanctæ Ecclesiæ reconciliauimus. Imò ne latius me diffundam carissimus noster Frater Thomas Estaucus vestra liquando collegij socius in vna tantum prouincia trecentas animas Domino lucrifecit. De qua Prouincia cum his diebus Regina admodum gratularetur, Comes Herfordia, Puritanorum Princeps ei dixit; posse se Regiæ Maiestati mille & ducentos, si opus sit, Papistas ex ea prouincia



trāsmittere, qui sua religionis templa frequen-  
tare nollent.

Hæc est ergo spes nostra qua erigimur; hoc  
solatium quo recreamur, quòd videlicet Spiri-  
tualia prosperè nobis succedere, & fidelium nu-  
merum quotidè augeri, ipsos verò hæreticos à se  
inuicem dissentire, Puritanos protestantes per-  
sequi, Consiliarios Regios, Triremium præfectos,  
ac urbium gubernatores, Capitales similtates  
exercere conspiciamur.

*De tribus falsis Prophetis Puritanis, qui in  
Anglia emerferunt.*

CAPVT VIII.

Eodem tempore Londini cum innumera-  
bilis Sacerdotum multitudo pro Christ  
nomine pateretur, tres Hæretici Puritani  
spiritu & moribus differentes emerferunt  
Dei se Prophetas esse, ab eoque in regni An-  
glicani subsidium esse ablegatos impuden-  
tissimè mentientes. Horum primus Copen-  
gerus appellatus se misericordiæ Prophetam  
iactitabat: Secundus nomine Ardentonus  
Iustitiæ & vindictæ Prophetam se esse dicti-  
tabat: Tertius Harqueolotus Iesum Christū  
se repræsentare inquebat. Hi omnes simul  
curribus in forum recti magna voce populo  
conuocato, qui essent, & quare aduenissent  
exponebant. Loquebantur deinde admodum  
indè de Regina religionis & administratio-  
ne: acriter & asperè eam reprehendentes,  
quod Archiepiscopo Cantuariensi, & e-  
quiti Hottoni, magno regni Cancellario  
nimi-



nimum fideret, quos illi à Deo reprobatos, morte dignos Reginae & Reipublicae proditores palam coram populo yniuerso nominabant, ac sectae suae Puritanae contrarios esse clamitabant. Addebant deinde Regnam castigatam, ac Regno suo priuatam, innoxiamque etiam in corpore suo punitam iri, anima uel illius saltem saluetur. Hoc facto fictitijs ille Christus Reginae imaginem magna cum altitium admiratione ac turbatione contregit: cumque nemo non existimaret, eam rem rebellionis, tumultus, & turbarum semina continere, eum confestim arreptum in primario Londini foro septimo Augusti, Anno 1591. patibulo appenderunt. Reliquos autem duos in stultorum custodia detentos, cum quotidie acriter flagellassent, suis ut uaticinijs contra Regnam promulgatis renunciarent, obstinatos & peruicaces, carcer morientes contempsit. Fictitijs autem ille Christus cum in furcam ageretur, terribiliter blasphemans, Etiamque compellans, ignem ut caelitus dimitteret, omnibus male puta Papam & pestilentiam imprecatus, spiritum Diabolo reddidit.

Ad eò nimirum credi non potest, tamen si quotidiana experientia doceat, quanto odio Puritani & Calvinistae inuicem flagrent. In portu Grauis Endae Puritanus quidam Norton appellatus in Hollandiam abiens illic ut liberum Anglicum contra Reginae Episcopos & profligatam illorum vitam à se compositum praelio committeret, captus, omni que illa pecunia quam pro impressione secum abstulerat

Ierat



lerat, spoliatus fuit. Sunt & alij non pauci Puritanæ sectæ concionatores, qui ex Anglia in Scotiam transfugientes, contra Reginam, illius administrationē, & sectā Calumnisticā librum procuderunt. Quæ cum ita sint, tantæque dissensiones, odia, & inimicitia, inter Sectarios flagrent, ita vt etiam libri atque adeò Prophetæ Reginam impugnent: vnicuique pro suo libitu viuere cōceditur, soli autem Catholici tanta cum barbarie & immanitate, sicut ex historia isthac liquet, incarcerantur, excarnificantur, & cōtrucidantur.

*Mors Christophori Hattonis, Cancellarij  
Regij.*

## CAPVT IX.

Tres illos Puritanos Pseudopphetas Teo quo diximus modo è medio sublato Christophori Hattonis Cancellarij Regij, in quem illi potissimum inuecti erant, eodem anno decimo septimo Octobris die, Mors secuta est. Hic Hatton cum adolescens adhuc insignis formæ & elegantia, suas in Comœdia partes pulcherrimè coram Regina egisset, illa subito pueri amore capta, seruitio suo adlegit, paulatimque maioribus præfectum officijs, tandem in ea, quæ post Reginā maxima erat, dignitate collocavit. Sacris ergo Scrinijs præpositus, ac socijs suis aliquāto moderatior, animo Catholicus, nihil perinde, quam innocentem illorum sanguinem adeò crudeliter profundi dolebat. Verum cū Reginæ voluntati in omnibus morigerari se-



mel constituisset, neq; veritatem dicere, neq;  
 reliquis consiliarijs nostræ religionis capita-  
 libus inimicis aduersari audebat. Habet nam-  
 que & nostrum hoc sæculum in aulis Princi-  
 pum istiusmodi mortales, qui actiones suas,  
 bona vel mala fautorum amicorumque suo-  
 rum voluntate, non autem iustitia & ratione  
 metientes, & Principum fauorem gratia di-  
 uinæ præferentes, extra omnem se culpâ esse  
 arbitrantur, quia nimirum tacitè eâ non pro-  
 bant. Verùm qui malum facit, qui que in id  
 contendit, eandem poenam promeretur &  
 sæpenumerò veritatem non dicere, est apud  
 Deum illâ vèdere & prostituere. Porrò Hat-  
 ton ille prædiues cùm matrimonio se copu-  
 lare, hæredesque tantarum opum relinquere  
 decreuisset, nunquam ei Regina consentire  
 voluit. Ob quam deinde causam, & propter  
 ea, quæ diximus ab æqualibus miser & infœ-  
 lix censebatur: tamen si vulgus hominum e-  
 ius autoritate præstrictum, fortunatum il-  
 lum existimaret. Visitauit illum decumben-  
 tem Regina aliquoties, & quamuis diligenti-  
 simè eum curari præcepisset, nequaquam ta-  
 men morti (quæ veneno conciliata videba-  
 tur) eum subtrahere potuit, quem admodum  
 neque nunc ex inferno liberare.

Memini ego potissimū in hac historia Co-  
 mitis Lecestriæ Valsingami & Hattonis, quod  
 nimirum primarij Reginæ consiliarij, ac in-  
 timi amici fuissent. Ad cuius vt etiam bene-  
 uolentiæ auram melius velificarentur, Sæ-  
 ctam nostram religionem aut impugnaverunt  
 tanquam crudelissimi eius inimici, aut non  
 defen-



defenderunt, tanquam falsi fictique amici. Discat mihi ab istis Regum ministri & familiares, quomodo primùm Deo, à quo ea in dignitate constituti sunt, ac deinde Regibus suis morigerari debeant. Discant cōscientiæ, Iustitiæ, & publicæ trāquillitatis rationē habere. Discat ex alienis successib. quid sibi cōtingere possit. Discat ex aliena miseria, vanitate, & prosperitate, momētanea sua gaudia metiri: quò talē vitā degant, vt ea expleta & absoluta, eorū pariter foelicitas nō finiatur.

*Edictum à Regina contra Sacerdotes & Catholicos promulgatum. Eorundem mortes.*

## CAPVT X.

**D**ecimo septimo Octob. die, Cancellario è rebus humanis euocato, sequenti statim die, à Regina contra Catholicos edictum promulgatum est, omnium eorum quæ hactenus prodierunt crudelissimum ac lōgè acerbissimum. Cùm enim dictus Cancellarius animo Catholicis faueret, eius publicationē, vt crudelē hactenus inhibuit; ac ne id à Vvillhelmo Cicilio supremo Quæstore, illius auctore publicaretur, neue is tantum auctoritatis eo in regno habere videretur, sollicitè præuidit. Simul ac itaque Cancellarius humana destituisset, Cicilius solus ad gubernacula sedens, conceptam diu immanitatem euomitutus, edictū suū iussit publicari. Quod quia ad eò acerbūm, Barbarū, crudele, & mēdacij refertū est, tūm quòd nonnulla cōplectitur, quæ ad huius historiæ continuationē & cōplementū faciunt, inferius id ponemus, Simul-

Simul-



Simulac autem Regina edictum suum publicasset, poenas in eo comprehensas executione, mox diuersos exploratores per uniuersum suum regnum misit, qui quanta possent diligentia Catholicos conquirerent, ac conquisitos non minore cum crudelitate castigaret. Inter alios itaque tunc Londini Martyrio affectos, fuit Pater Pateson Seminarij Rhemensis Sacerdos, qui ea nocte, qua mortem suam precedebat in profundum carcerem coniectus, septem latrones altera die supplicio afficiendos, socios inuenit. Cum ecce tibi ille Spiritu diuino collustratus sex admodum ex ijs ad Catholicam fidem conuertit. Qui cum postea ad mortem subeundam educti, eandem religionem magna cum patientia, voluptate, & Catholicorum edificatione confiterentur: Hæretici iniuriam vindicaturi bonum illum Sacerdotem viuum in quatuor partes disseuerunt. Simile quiddam huic exemplo in Martyrologio Romano legitur, ubi septem latrones, ac deinde Martyres, à Sancto Iasone & Sosipatro, qui cum ijs capti erant, ad fidem Catholicam fuerunt conuersi.

25. April. &  
Graci in suo  
Martyrologio.

Mortuus est similiter in Ciuitate Noruicensi alius quidam Sacerdos, qui in domo nobilis cuiusdam Graij captus, ad Londinensem carcerem fuit abductus. Et ante hunc in eadem Londinensi Ciuitate septem pariter ac una vice Martyrij coronam acceperunt: inter quos tres Sacerdotes Seminariorum Rhemensis & Romani, quatuor laici, duo equites, & totidem serui, quod cum dictis Sacerdotibus



dotibus familiaritatem habuissent, fuerunt.

Martyrio etiã eadem in ciuitate Sacerdos quidam Anglici aspectus vitam consummauit. Et cum eadem matrona quãdam nobilis, filia Melchioris Copleij, & præstantissimi equitis coniux; quòd præfatum Sacerdotẽ domo sua recepisset. Erat hæc matrona iuuen-cula adhuc, attãmen mirabili religionis zelo prædita: Vnde pari cum constantia mortem intrepida tolleravit, vitãque & Reginae gratiam, sibi ac Sacerdoti, suas si synagogas frequentassent, oblatam, fortiter repudiavit. Sacerdotem itaque in quatuor partes secuerunt, mulierem autem, non sine omnium dolore patibulo appenderunt. Cæterum hac tã immani tempestate in obuios quosque detonãte, multi nobiles & primarij viri domo profugi ac solum vertere coacti, partem in Irlãdiam, partem in Belgiũ, partem in alia remotiora loca concesserunt. Quin non pauci etiam prædiuites Catholici studiosi Reginae e-dicto intellecto, ex vniuersitate Cantabriẽsi & Oxoniensi, ac alijs Angliæ Seminarijs dilapsi, imminenti procellæ se subtraxerunt, & uti postea dicemus, in Patriam quisq; suã redierunt.

Quemadmodum autem Hæretici, quales-nam sint, operibus suis produnt ac demon-strant: Ita Deus virtutem suam in Catho-lis, & tenellis ac debilibus mulieribus ostēdit atque declarat. Quippe cum illæ sanctas quãdam superiorum temporum matronas imitatæ, opũ, existimationis, libertatis, tormentorum, ipsiusque etiam mortis contem-trices

trices



ptrices, veras se Ecclesiæ Catholicæ filias esse comprobant. Quemadmodum ex historia modò allata, & ex octo virginibus supra recensitis licet deprehendere. Quod ut etiam aliquantò melius à nostris ac Hæreticis etiã intelligatur, in sequenti capitulo de constantia nonnullarum mulierum tractabimus, quæ ut fidei Catholicæ naufragium non facerent, bona fortunæ, famæ, libertatis, & vitam ipsã in tempestuosũ Anglicanę persecutionis mare eijcere non dubitauerunt.

*Primaria nonnulla matrona ob fidem Catholicam bonis, honorum insignibus, & vita ipsa spoliata.*

## CAPVT XI.

**I**Nter cæteros Reginæ ministros, qui Catholicos crudeliùs persecuti fuerunt, primum facilè locum Edmundus Traffordus sibi vèdicat, qui, etsi genere nobilis esset, pauper tamen, & idcirco in religione Catholica oppugnãda animosior fuit. Hic Prouincie Maucestriæ Commissarius declaratus, partim propter odium, quo religionem nostram prosequeretur, partim quòd ex Catholicorum bonis ditescere se posse speraret, officio suo quã posset optimè fungi, Regi ad nutum seruire. & Catholicos crudelissimè persequi, decreuit. Inter ea namque quæ Regi crudelitatis administri consecantur, primum est, ut Catholici, quos carceribus adiudicare volunt, opibus & diuitijs effluant, ut deinde ijs ad se deuolutis, crudelitatis suæ fructum aliquem reportent. Conabatur itaque Commissarius



missarius ille Edmundus matronam quandā Alanā Rosæahl, Cardinalis Guillermi Alanī cognatam : quæ cum illius fratri nupsisset, tres filias ex defuncto habebat: puta Helenā, Catharinam, & Mariam, quarum quæ maxima natu erat, decimum sextum ætatis annum agebat, in nassam suam pertrahere. Sciebat namque eam egregiè Catholicam, Sacerdotibus imprimis esse addictam: cumq; Cardinalem Alanum non posset, rabiem suam in muliere, sanguine ei coniuncta, explere conabatur. Id cum illa rescivisset ante Deum sibi placandum rata, & contra Sathanæ impetū se armatura, Sacrificio missæ interfuit, sub illo communicavit, Deumq; obtestata est, quatenus viribus contra hostes suos instructa, animosè in campum descenderet, & antè bona, vitamque aded ipsam deponere, quàm vel latum vngue ab officio Christianæ & Catholicæ mulieris, discedere constitueret. Hoc ita facto in parte securo & minimè suspecta se abscondit, tribus suis filiabus domum & quæ in ea erant donans atque committens. Altera itaque post Epiphaniam die, Regiæ ministrum magno sceleratorum hominum agmine in matronæ domū irruentes, eius sibi claves & arma uniuersa adferri iusserunt. Exacto insuper à Domesticis iuramento, quod ubi eorum hera esset, ignorarent. Cum ecce tibi equitis cuiusdam imaginem, quā illi Doctoris Alani esse credebant, muro affixam cōspicati, & nescio quo furore perciti, post mille cōiutorū claustra in picturā illā effusa, pugionibus tadē adorti discerpserūt, terræq; affictā pedibus proculcauerūt.

Post.



Postquam autem omnes domus angulos excussissent, bonaque vniuersa, præter sola honestissimarum virginum vestimenta comportassent, ac alia insuper in domo mille & quingentos Ducatos (quos bona mater filiabus suis, in necessitate cōstitutis reliquera) conquisiuisent: longo sibi adhuc tempore inibi commorandum esse arbitrati sunt, tum vt omnia absumerent & dilapidarent, tum quod separarent, Matronam illam interea in detectam. Verum illa de omnibus certior facta, ac bonorum tantum oblita, nihil perinde timebat, quàm ne filia suæ Hæreticorum illo furore perterrefacta & consternata, aliquid dicerent aut facerent, quod sanctam illarum, in qua educati erant, disciplinam dedeceret. Qua cura & sollicitudine extimulata eas officij sui admonebat, & quomodo imbelles illæ ouiculæ ex leonum se vngibus liberarent, instruebat. Illæ verò matrum consilium secutæ, inuicem sibi animos addebant, & ante vitam, quam Catholicam religionem perdere constituebant. Cum autem deinde viam aliquã, si non securam, at saltem non periculosam, qua effugerent aliquãdiu circūspexissent: Ecce tibi circa noctis medium, domesticis excubijs dormientibus, porta clanculum & secreto egressa, ad ripam scapham inueniunt: qua conscensa, & in alteram partem trajicientes, extra viam secesserunt, & ne forsitan comprehenderentur, nulli planè mortalium, quæ essent, aperuerunt. Ita ergo quatuordecim diebus euolutis, post multas molestias & z-

rumnas



rumnas tolleratas, eum in locum, vbi earum mater erat, peruenerunt: quæ mortuæ quàm riuæ similior, ne inter spem & timorem pendula, & quid filiabus suis fieret incerta, nihilominus diuinæ bonitati confidebat, quæ eos nunquam deserit, qui pro religionis suæ zelo & amore antè vitam suam perdere, quàm religionem Catholicam proderè constituerunt.

Quamuis autem deuota mater, filiarum suarum incolumitate perspecta, admodum lætaretur, angebatur tamen etiam, quòd ià neque Patrem, neque rem familiarem, neque aliud deniq; sustentaculum haberent. Quare ad amicos & necessarios suos conuersa, quibus bona sua vniuersa donauerat, eos obnixè obtestata est, vt in sui ac filiarum suarum gratiam Iudices accederent, & quæ ex testamento Patris, Matrisque donatione filiabus debebantur, reposcerent. Verùm cum homines suam potiùs quam alienam utilitatè spectet, & cum dubijs & aduersis mutati, beneficiorum obliuiscantur, neminem bona mater reperire potuit, qui id negotij in se suscipere, Senatui Regium offendere bona confiscata repetere, & in hac materia religionis, Anglis tantoperè odiosa, vellet versari. Suadebant igitur alij, ipsas filias in iudicium mittere, ac bona sua reposcere; quod videlicet non dubitarent, eas, ratione ætatis, à Iudicibus habitas, aliquid esse impetraturas, quod alius nõ citra maximam difficultatem obtinuisset. Intelligens autem deuota mater & Mulier verè virilis animi, filias suas non antè coram tribunali iuri exauditas, quàm Calvinistarum se

d

Synago



Synagogas adituras promississent: & si id promittere nollent in carceres abducendas ac omnibus bonis spoliandas prouidens, ne filios suas ipsamq; adeò religionem Catholicam in apertum discrimen immitteret, nūquam huic tam periculoso consilio obtemperare voluit.

Confiscatis ergò omnibus illius bonis, ac sententia in ea prolata, ipse Gubernator uersa quæ consequi poterat, ad se rapuit atq; pertraxit. Mater autem per amicos & tertiam sæpè personam ab inferioribus iudicibus, ad supremum Regine consilium appellans multo tempore absumpto, illud tandem consecuta est, vt intelligeret, Consiliarios quanto altiore in loco & gradu constituti sunt, tanto amplius perfidos hæreticos, & immisericordes, filiabus suis minus compati, bonaque sua ardentius expetere atque sicire. Verum enim uerò nisi illustria illa officia & munera hominibus virtute præditis conferantur, tū verò ambitionis, impietatis, & auaritiæ fomites sunt, sicut ex hoc negotio apparet.

Destituta proinde venerabilis illa matrona non modò omnibus suis bonis, sed eorum etiam recuperandorum spe, non tamè idcirco patientiam, & animæ suæ tranquillitatem perdidit; imò quâtas potuit Deo gratias persoluit, eò quòd se beneficio demereri voluisset: præferens paupertatem Christi, omnibus diuitijs ac fortunis, quas in Anglia possederat: E qua cum duabus maioribus natu filiabus egredi constituit, potiùs in paupere & securo exilio, quàm cum Patria in periculo

versa-



versari volens. Ducta itaque à Dei Angelo, post longas & diurnas mari & terra deuoratas molestias, cum sæpenumerò interdiu in syluis delitere, ac noctu iter conficere cogeretur, ad extremum duobus euolutis mensibus, Rhemos incolumis cum maximo omnium Catholicorum gaudio, maximè verò Doctoris Alani cognati sui, peruenit: qui tunc Seminarij, Rhemensis Rector, nunc verò dignissimus Romanæ Ecclesiæ Cardinalis est.

Alij cuidam matronæ primariæ equitis Mordant vxori, pro fide Catholica captæ à Regina iudicatum fuit, vt sui, ac mariti memor, semel tantum Hæreticorum templum, dum in eo diuinum suum officium celebrarent, pertransiens, certissimo vitæ periculo & ignominia se subtraheret. Cui illa respondit: Malle se, Reginae, mariti, omniumque amicorum & familiarium gratia excidere, quàm aliquid dissimulationis in confessione suæ fidei, & obedientia Deo debitæ, præferre. In quo illa proposito constanter perseueras, multis annis in carcere remansit, quod Regina obtemperare noluisse.

Tres aliæ matronæ nobilissimo genere natæ, cum Missæ interessent, ipso Paschatis die comprehensæ, per publicas Londini plateas, magno cum ludibrio ducebantur: præcedente illas sacerdote eo habitu, in quo Missam dixerat, hæreticis autem mille conuitorum plaustra in eas euometibus. Cū ecce tibi illas incredibili robore septæ, oia perpetiebatur,



& hæreticos in stuporem dabant, Catholicos verò mirabiliter ædificabant.

Alia quædam matrona Clitera nominata, similiter nobilis & coniugata, postquam coram iudicibus intrepida Catholicam se professæ foret, ad nullam prorsus quæstionem spòdere voluit, ne legitimos illos ea in causa videretur existimauisse: neue mortè, quæ pro Christo Iesu perpeti desiderabat, respòsione aliqua impediret. Etsi itaque iudices crudelissima illà se morte affecturos minitarentur, nisi ad interrogata responderet, illa tamè fortis & constans, ne vocè quidem mittere voluit, sed mortè quæ dicemus, intrepida tolerauit. Manibus & pedibus ligatam interra, oculis cælum spectantibus, nudam deposuerunt: ac infra renes, immanæ magnitudinis saxum imposuerunt; pectus autè ingenti pondere sensim onerauerunt, quoad sanguine per os, aures, & nares erumpente, illa incredibili cum patientia animam suam Deo tradidit. Magna hæc crudelitas circumstantibus visa est, quòd cernerent genus mortis adèd terribile, in tale muliere, & in tali causa. Maneat proinde hæresin infernalem quandam Furiæ esse, & impietatis ac crudelitatis suæ modum ac terminum ignorare.

Nunc quoniam quæ maritatarum, quæ viduarum, quæ pro Christo mortem perpèssæ sunt, mulierum hætenus exempla recensimus: antequam capitulo huic finem imponamus, nõnulla etiam de Monialibus, Seruatoris



ris nostri sponſis in rem præſentem adduca-  
mus: vt ita quilibet mulierum ſtatus ac exē-  
pla habeat quæ imitetur.

Inter religioſos, qui perſecutionem Elifa-  
bethæ declinaturi, ex Anglia in Belgiū trans-  
fugerunt, fuere integri quatuor conuentus,  
duo Carthuſianorum & Frãciſcanorum: Du-  
os Monialium: quarum aliqua Sancti Domi-  
nici, aliqua Sanctæ Brigidæ (dictæ de mon-  
teſion) profitebantur. Horum monaſterio-  
rum duo, puta Monachorum Franciſcanorū,  
& Monialium Dominicanarum, maturè &  
tempori ſubuerſa fuerunt; alia verò integra  
adhuc viſuntur, & ſicut hæctenus, ita nunc  
quoque Eleemoſynis Regis Catholici ſuſten-  
tantur. Monaſterium Sanctæ Brigidæ multas  
terribiles tempeſtates & procellas ab hære-  
ticis Anglicanis perpeſſum fuit; tūm quòd  
in eo virgines, elegantis admodum formæ,  
Deo conſecratæ, & carnalium voluptatū ac  
libidinum hoſtes, quas illi tantoperè conſe-  
ctantur, erant; tūm quia multæ nobilium &  
primariorum filix ex Anglia profugentes, e-  
iſ ſe adiungebant. Verūm cūm propter nimi-  
am illarum copiam omnes ſe ſuſtentare non  
poſſent, poſt multas orationes & pœniten-  
tiæ opera ſe diuidere, Seniores Ruan in Gal-  
liam, iuniores verò & nobiliores in Angliam  
mittere conſtituerunt. Quo facto, hære-  
tici in principio facile ſe tenellas illas  
virgines, & monaſticæ diſciplinæ vix af-  
ſuetas adhuc blanditijs ſe ſuiſ tranſuerſum  
acturos & ſuplantaturos, exiſtimabant.



In quo postea admodum cum se falli videret easdem in diuersos Anglicani regni carceres abripuerunt. Verum cum neque isto modo quicquam efficeretur, indulserunt ijs Regij Cōsiliarij, vt ex carceribus protracta, in priuatis quorundam magnatum aedibus custodirentur. Mox autē cum multae nobiles & primariae virgines ijs se adiungerent, & cum Christo Seruatore nostro perfectam castitatem profiteri inciperent (tantum nimirum virtus laboribus pro Deo exantlatis confirmata, potest) re ad iudices per lata in carceres publicos denuò magna cum crudelitate coniectae sunt. Inter has quaedam Elisabetha Sandersa, Doctoris Nicolai Soror, quoties capiebatur & affligebatur, praeter cetera haec quoque scribebat. Apprehenderunt me apparatus, altera iam vice, in germanae meae sororis domo, & tanquam itinerum aliquem subfessorem cepissent, multò crudelioribus iudicibus, quam Anna, Caiphas, Pilatus, & Herodes erant, me representabant: qui etsi multa inepta à me scire cuperent, ego tamen breuiter ijs satisfaciens, primùm mulierem, ac secundò monialem esse dicebā: vt per illud intelligerent, noua me in Angliae regno mori nō posse: per hoc cognoscerēt, Catholicā me religionē profiteri, siquidē illorum secta Moniales ignorāt. Sciscitabātur ex me, quomōdō in Anglia Catholicos nouissē & multae istiusmodi alia. Vndē ad extremū indignatū, in carcerē vrbs Vintoniensis me coniecerūt, vbi cum fame mihi conflētanti absq; dubio moriendū fuisset, nisi Catholicorum quorundam



rundam charitas, qui eodē in carcere à tribus iam annis vincēti tenebantur, necessaria mihi suppeditasset. Inuitabant me sēpē blandē & pertinaciter, vt eorum Ecclesias frequenter, & concionibus interessēm; quod cum ego me facturam negarem, tribunalibus me sistebant, exigētes à me in menses singulos octuaginta Ducatos, quod videlicet eorū Synagogas adire noluissem. Quæ summa cū intra semestri spatium ad quingentos ducatos excreueret, ego autē soluēdo non essem, perpetuò me carceri adiudicauerunt. Transeo hic ministrorum Regionum & apparitorum multa infamia, & facinorosa dicta, quæ ego nequam deuorare potuissem, nisi similia Seruatore pro peccatis nostris tollerasse cogitasset. Atq; vt breue faciam capta aliquando in castello de nocte per funem ex carcere me demisi, non tam vt ex diuturna custodia liberarer, quàm vt Rothomagum quo ab Abbatissa mea mittebar, concederem. Adiuuante ergo Deo, post multos & varios successus, ac carceres, cum magno animæ meæ refrigerio ad desideratum monasterium perueni, vbi summa cum lætitia à meis sororibus excepta sum, quæ Deo gratias quas poterant persoluebant, quod me ex tot periculis & carceribus eductam, tandem in portu & vado constituisset. Cui laus, honor & gloria.

*Hæreticorum stultitia explosa in quatuor pueris, & fratribus pro fide capendis.*

## CAPVT XII.

**E**A est Anglicanorum Tyrannorum crudelitas, vt non contenti, Sacerdotes & alios



hos Catholicos, qui vel generis splendore,  
 vel literarum præstantiæ, vel denique sua au-  
 thoritate Caluianianæ sectæ formidolosi. Ca-  
 tholicam religionem propugnare possunt;  
 non inquam mulieres maritatas, viduas, &  
 virgines cepisse contenti; ipsos etiam pueros  
 comprehendere non vereantur, quorum te-  
 nera ætas, vel inter barbaros, extra omnem  
 iniuriam constituta est. Relictis itaque plu-  
 ribus exemplis, vnum tantum modò refera-  
 mus, quod sicut cæteris illustrius est, ita præ-  
 clarè hæreticorum malitiam, & Dei, de illis  
 triumphantis, bonitatem ostendit. Erant qua-  
 tuor fratres, Thomas, Robertus, Richardus,  
 & Ioannes Vvortinthonij dicti, Patre nobili  
 nati, & Sacerdotis Thomæ Vvortinthonij,  
 qui Patris frater erat, nepotes. Horum maior  
 natu Septendecim expleuerat, minor vnde-  
 cim necdum annos exegerat. Omnes autem  
 quatuor in prouincia Lancestre à Iustitiæ mi-  
 nistris, quadam in domo Sacerdotem illorum  
 auunculum quærentibus, capti fuerunt. Di-  
 ci omninò non potest, quibus artibus Regine  
 Consiliarij, eius Pseudoepiscopi, & ministri  
 vsi fuerint in pueris istis peruertendis: quan-  
 toque è contra illi robore & spiritu præditi  
 fidem Catholicam propugnarint, ac ne vo-  
 cem quidem miserint, quæ Sacerdotibus &  
 Catholicis illis, de quibus interrogabantur,  
 aliqua saltem ex parte posset præiudicare.  
 Primò namque ijs à se inuicem separatis, ac  
 duobus maioribus à minoribus alijs seclusis  
 Ioannem natu minimum toto die famelicis  
 inedia se confecturum dixerunt. Eidem de-  
 inde



inde plurimum vini ingesserunt, sperantes,  
iudicio destitutum, facilius ad interrogata  
esse responsurum. Verum ille Deo protegē-  
te, & si largiter bibisset sano adhuc iudicio  
ad interrogata responsurus, dicebat, se quod  
liberalius vinum hausisset, ratione & iudi-  
cio obfulcato, eorum quæstioni satisfacere  
non posse. Qua quidem ratione eorum ma-  
nus effugit. Hoc dimisso, maximū natu Tho-  
mam appellatum introduxerunt: quem cum  
Comes de Arbi multis illecebris ac delinea-  
mentis eò perducere conatus esset, vt Eccle-  
siarum suarum aliquam adiret, ac ministrorū  
hæreticorū concionibus interesset: promit-  
tendo illi, se eum in Domum suam acceptu-  
rum, liberaliter admodum habiturum: ille  
annis puer, animo autem viro similior, re-  
spōdit, fidem se Catholicam omnibus Comi-  
tis beneficijs anteferre. Vnde cum etiam po-  
stea interrogaretur, vbi Missam audiuisset,  
quis esset, & vbi eius auunculus moraretur:  
Adigentibus illis eum ad veritatem iuramē-  
to confirmandam, respondit, Neutiquam se  
facere posse quod imperarent: Iurare nolle,  
quod necdum quid Iuramentum sit, sciret, &  
quandò, vel quomodo, & vtrum secundum  
Dei leges iurare liceret. Hæc quoad ille non  
perfectè didicisset, conscientiam suam neu-  
tiquam oneraturum dicebat. Quæ omnia etsi  
similiter in duorum aliorum fratrum exami-  
ne obseruassent, ac multa pertinaciter ex eis  
exsculpere tentassent, verbum tamen omni-  
nò nullum exprimere potuerunt, quod in a-  
licuius Catholici iudiciū cessurū videretur.



Atque nediutius me diffundam, omniaque ea, quæ totos illos quatuor Menses, quibus pueri isti captivi tenebantur, acciderunt, in pauca conferam, dico eos sæpenumerò per primarios viros ac præcipuos Reginae ministros, Pseudoepiscopos, Concionatores, Doctos, & Iustitiæ ministros aditos & examinatos, diuersis modis & vijs tentatos, non blandiis, non promissis, non minis, non scuticis, non asperis vel bonis verbis latum digicum à tua cõstãtia & religione potuisse dimoueri. Imò cū violẽter in Calvinistæ cuiusdam Ludimagistri scholã deportati essẽt, vt corrupta societati immixti, sub disciplina & institutione hæretici Præceptoris blandè & secretò dulce hærescos venenum imbiberent: nunquam librum legere, vel audire voluerunt, qui religionis materias persequeretur: dicentes, in ijs quæ ad fidem sunt ita se informatos instructosque esse, nihil vt noua doctrina, ac alio Magistro indigerent. Quin ne quid etiã miraculorum à Deo, qui ab ore infantium ac lactentium laudari vult, prætermissum videretur, ijdem pueri bono suo exemplo & verbis ita nonnullos condiscipulorum sui in amorem pellexerunt, vt Catholicam religionem amplecti, ac illos imitari se velle dicerent. Jam cū de religionis nostræ negotijs interrogarentur, ad eò firmas & plausibiles orum quæ dicebant, rationes adferebãt, quidam vt aliquando Hæreticus Concionator, qui falsa suæ doctrinæ zizania in puerorum illorum pectoribus ferere moliebatur, respondere ac satisfacere nullo modo potuerit.



erit. Quemadmodum ergo hæreticarum quæ-  
stionum summa erat, vt Ecclesias Anglicanas  
irêt, & Reginæ morigerarêtur: ita ij vnū hoc  
responsum continuò inferebant, se in rebus  
temporalibus & ciuilibus ei obedientiã præ-  
stituros, in religionis autem negotijs illi ne-  
quaquam se teneri obedire. Vt interim hoc  
loco alias rationes præteream, quas hæretici  
audientes, confundebantur; Catholici verò,  
ædificabantur, & ad vitam suam ea pro reli-  
gione deponendam animabantur: pro qua  
imbelles illos puerulos tanta cum constan-  
tia & robore dimicasse videbant. Post-  
quam verò Deus eos abundè probasset, ac  
per illos veritatis vim demonstrasset, eos ex  
hæreticorum manibus multifariam libera-  
uit, ac aliquot mensibus euolutis, ad Semina-  
rium Rhemense perduxit, vt aliquando do-  
ctiores ex eo in Angliam reuersi, maiore cum  
animo hæreticos capitales suos inimicos de-  
uincant.

*Hæretici Anglicani Catholicis veneficij cri-  
men imponunt.*

### CAPVT XIII.

**H**abet hoc præter cætera Anglicana Sy-  
nagoga, vt Catholicos tanquã Magos &  
veneficos tractet & habeat, imitata in eo  
gentiles Imperatores & Tyrannos, qui in  
Christianorum persecutione, si quid virtu-  
tis heroicæ, aut miraculi in ijs fuisset  
animaduersum, id continuò Necromantiæ  
& ma-



& malis artibus attribuebant. Si ignis eos non  
 vlsisset, ferrum non læsisset, aqua non absor-  
 buisset, si plagæ & inflictæ vulnera diuina o-  
 pe coiuisent; tùm verò sancti illi Necromā-  
 tæ incantatores, & malefici appellabantur,  
 prout ex sacris Martyrum historijs licet in-  
 telligere. Idem nunc planè in Anglicana sy-  
 nagoga obtinet, quo videlicet facilius huius  
 nostræ persecutionis, cum antiquis illis simi-  
 litudinem & consonantiam intelligamus:  
 Sciamulque vnum illarum authorem esse, &  
 sicut ille cessauerunt, ita quoque hanc finitu-  
 ram & sanctam ad extremum Ecclesiam, de  
 persecutoribus suis triumphaturam.

*Pyramis  
 Londinensis  
 combusta.*

Pyramis Londinensis nonnullis ab hinc annis,  
 mirabiliter sanè de calo tacta, conflagrauit in-  
 cendio furioso & inextinguibili: quis aduersa-  
 riorum rem non attribuit nostrorum prestigijs  
 veneficia quadam aut incantationes, membra-  
 nulis & figuris conglomerata, cum similibus ne-  
 scio quibus ineptijs, terra venis abditæ, fuerunt  
 aliquando à quibusdam inuenta. Res putabatur  
 ad Regina perniciem & interitum composita.  
 Quis non insimulabat huius facti Catholicos? at  
 paulo post compertum est, ministrum quendam  
 magis fuisse authorem, & participes habuisse  
 acerrimos Evangelicos: secutam est altum dere  
 tota silentium, nisi quòd aliqui deriuandi cri-  
 minis causa, adijcere solebant, illum forte mi-  
 nistrum, dissimulasse religionem, & fuisse ani-  
 mo reuera Papistam. Cum haberentur comitia

*Pincksius, in  
 ciuitate  
 Oxoniensi,*

in ciuitate quadam Academica, oblatu est in-  
 dicibus Bibliopola quidam, cui verba nonnulla  
 in religionis Catholica fauorem exciderant.

Habitu



Habitus est à confesso perasperè: præter multa enim grauisima carcere perpeffa, res tandem partim Quæstorum suffragio partim acerbitate iudicum, eò deducta est, vt hominis prius in foro diffamati auricula clauis ferreis colūna lignea affigerentur, & deinde cultro in manus proprias tradito, ipse earum se dissecatione liberaret. Res visa est multis supra modum seuera. Quid secutum est? mirabile sanè Dei iudicium. Iudices ambo, (solent enim præesse duo) omnes etiã Quæsttores, & multi ex præcipuis totius confessus, cum plurimis assistentium, paucissimis diebus inaudito morbi genere, partim in ea ciuitate, partim alibi perierunt. Sed & hoc etiam Catholicorum magis tributum fuit.

Quid ergo nobis integrum, quid securum, cū non solum aliena peccata, sed & iudicia Dei manifesta nostram in fraudem & calumniam vertantur?

Verùm nos innumeris, quæ adduci possent exemplis in præsentiarum omissis, vnum tantum referemus, ex quo id quod dicimus manifestius euadat, tum quomodo Catholici hæreticos suos vlciscantur, constet; omnia enim ista Sanctam nostram religionem astrunt atque confirmant.

Aegrotare ceperat generosus quidam aulicus, vita splendida, & fortuna non infirma. Huic grauitè laboranti (vt eiusmodi tempore euenire solet, vel negligentissimis) ingesserat se quædam acris de futura vita cogitatio. Aduocauit presbyterum, (erat enim sententia Catholicus) vt illius consilio rectè mori disceret. Ille, pro ratione officij, & Ecclesie Catholice consuetudine, admo-

Historia de  
restitutione

admo-



admonuit inter cetera, vt si qua in re quemquam  
laxisset, aut aliena bona minus iuste occupasset:  
interetur statim, pro facultate restituere. An-  
nuit egrotus: occurebat animo, quiddam olim  
Caluiniانو cuiusdam, iuris quidem specie subla-  
tum, sed conscientia Catholica minime securi-  
iubet restitui: moritur. Vxor autem vidua, cui  
mariti voluntatem perimplere discuperet, nec  
auderet tamen heretico reddere, angebatur ve-  
hementissime, nec expedire se poterat. Dum ha-  
rebat autem, accurrit forte fortuna Sacerdos,  
impertit ei dolorem suum, obtestatur vt vel o-  
pera vel consilio iuuet.

Sacerdotis  
nomen erat  
Aluayus.

Vir Dei, perspecto scemina sanctissimo des-  
derio, zelo plenissimus, obtulit se in rei facien-  
de discrimen, existimans hominem tam seruum  
& barbarum non futurum, qui de beneficio vin-  
dictam expeteret. Itaque re prius Deo commi-  
data, conscenso equo, viam ingreditur: cumque  
ad ciuitatem peruenisset, quam habitabat is, cui  
erant pecunie reddendae: collocat equum in pro-  
ximo diuersorio, vt paratus ad fugam esset. Sta-  
tim post expeditum negotium. Ipse domum cre-  
ditoris petit, euocat solum, & manu prehensum,  
seducit a ceteris. Narrat se pecunias habere,  
quas ei sit ea conditione traditurus, vt nihil in-  
quirat, vel demittente, vel de latore, vel de re-  
ipsa: tantum accipiat & fruatur vt suis. Spondet  
senex, & firmissime promittit: & gratis alium  
hominem dimisit. Sacerdos magna contentione  
festinat ad hospitium, vt equum ad fugiendum arti-  
piat, sed frustra: statim enim a sene perfido pro-  
ditus, & a viris ab eo missis comprehensus est. Et  
primum quidem hanc ei calumniam fecerunt,  
vt non

Die tertio  
paschatis.

Huius nomē  
erat Fische-  
rus, de ciui-  
tate Vuar-  
vicensi.

Pecunia e-  
rant 20. Li-  
bra Angli-  
cana.



ut non hominem, sed diabolum esse dicerent, qui pecunias à se factas attulisset ad senem illaqueandum. Et huius rei illo argumento utebantur præter cetera, quod equum nigrum haberet, quem obseruabant diligenter, an aliorum equorum more fœnum commederet. Deinde etiam Sacerdoti ipsi iniecto ferro, & intra cubiculum munitum concluso, addiderunt quendam, qui die noctaque cum illo esset, & obseruaret, an villo tempore ocreas detraheret, & si pedes equinos, bifidas, aut bifulcos haberet, illo enim indicio cognosci demonem humana specie latitantem affirmabant. Ingens autem populi multitudo domum obsederat, & pecunias effusè offerebat, ut hoc monstrum oculis intuerentur. Iam enim populo persuasum fuerat, esse reuera Cacodæmonem.

Quis enim vnquam (inquiunt) humane mentis compos, pecunias vltro offerret, & gratis largiretur homini ignoto, hospiti, & peregrino? Cum aliquandiu Christi seruum hac contumelia agitasset, simulabant, (& fictè ad maiorem iniuriam) se hominem velle liberum dimittere. At Caluianus ille ingratus qui pecunias acceperat, subornat qui egredientem retraheret e fuga, & reum ageret læsæ maiestatis. Quo factò, repente totus diripiebatur. Et e quo quidem eius utebantur pro suo libitu: pecunias verò omnes auferebant, excepta quadam particula qua itineris expensis inseruiret ad Londinensem vsque ciuitatem, quò eum paulo post captiuum mittunt, firmo & diligenti satelitio septum. Vbi cum venisset, & consilio regiam exposuisset, (vel vni potius eorum, ne res ad mortu

Hi erant duo  
Esoberi fratres.

Diabolus  
habetur quòd  
alienare  
stituit.

Hic erat Esoberi frater



Hoc est primo in ianitoris sui custodia. Secundo in carcerem qui vocatur, Porta Vestmonasteriensis.

64

Appendix siue Liber Quartus

mortui ignominiam diuulgaretur) reiectus est ab eis ad Superintendēdem Londinensem, qui illum primum in vnum carcerem, deinde in alium, tertio in arcem Londinensem coniecit, vbi ad quartum ferè annum, vix euitatis tormentum, penam luit huius nefandi restitutionis flagitij.

Fructus, quem ex ea persecutione Catholicici sunt indepti.

#### CAPVT XIV.

**A**Vdiuisti Christiane lector, modos quibus Anglicani hæretici religionem Catholicam ex suo regno extirpare, ac omnes qui eam profitentur, persuadere allaborant; Modos reuera absque modo, media impia, crudelia, infamia, hæreticis Calvinianis propria, in Inferno tradita, & in Sathanæ schola excogitata. Vt ergo bonitas Dei intelligatur, quantoque eius brachium hostium suorum malitia potentius sit, in vulgus etiam constet: Sciant mihi omnes Catholici, quotquot aliquando hanc historiam lecturi sunt, id tandem Reginam ac illius ministros cum omnibus suis machinis, quibus hactenus religionem nostram oppugnauerunt, fuisse consecutos, quod Catholici confirmati, purgati, in multis reformati, post persecutiones istas maiore cum cautela & diligentia, in fidei suae confessione viuere incœperint. Cum enim Regina Maria moriretur, & religio in Angliam mutaret, post Episcopos & prælatos Catholicos captos & fugatos, populus velut ouis grex, sine Pastore in magnis tenebris & caliginē



gine animarum suarum oberrauit. Vndè etiã factum est, multi vt Catholicorum, superstitionibus, impijs dissimulationibus, & grauibus iuramentis, contra Sanctę Apostolicę sedis autoritatem cùm admodum paruo, aut planè nullo conscientiarum suarum scrupulo, affuescerent. Frequentabant ergò hæreticorum Synagogas, intererant eorum concionibus, atque ad easdem etiam audiendas filiam & familiam suam compellebant. Videbatur illis, vt Catholici essent, sufficere vnà cū hæreticis eorum templa non adire ferre autem posse, si ante vel post illos eadem intrassent. Communicabatur de sacrilega Caluini coena, vel secretò & clanculum intra priuatos parietes Missam qui audiuerant, ac postea Calvinianos se haberi volebāt, ij Dei se præcepto satisfacisse existimabant. Deferebantur filij Catholicorum ad Baptisteria Hæreticorum, ac inter illorum manus, matrimonia contrahebantur. Atque hæc omnia sine vilo scrupulo fiebant, puta propter Catholicorum Sacerdotum ignorantia, qui talia vel licere credebant, vel timore quodam præpediti, dissimulabant. Nunc autem per Dei misericordiam omnes planè Catholici intelligunt, vt saluentur, non satis esse corde fidem Catholicam credere, sed eandem etiam ore oportere confiteri. Tùm non Iudam tantùm, qui Seruatorem nostrum prodidit & vendidit, sed D. Petrum etiam peccasse, qui eum negare non dubitauit. Non negant Papam vniuersale Ecclesię caput esse, & Christi in terris vicarium; Inficiantur autem Reginam

spiritua



Spiritualem aliquam in Anglia auctoritatē sibi arrogare posse. Sciunt non licere sibi hæreticorum synagogas adire, & eorum conciones non audire: Sciunt se filios & domesticos suos ad Caluiniana templa mittere non debere, ne, quos Christo genuerūt, eos Diabolo immolent atque sacrificent. Venerant illi sancta Ecclesiæ Sacramenta, honorant Sacerdotes, ac omnia alia sacra obseruant. Imò etsi Regina morte sanciat, ne quis agnū Dei, cruces, medalia, & rosaria benedicta circumferat: ea tamen Catholicorum pietas est, potius vt vitam, quā deuotionis suæ fructum perdere velint. Denique vt vno verbo omnia complectar, petet horribilem isthanc persecutionem, Catholicos magna ex parte correxisse: tribulationisque illum ignē, præteritorum peccatorum scoriam sustulisse, ac illos in Dei amore feruentiores splendidioresque effecisse.

*Catholici in Anglia Hæreticorum Synagogas adire, & Regnam pro Ecclesiæ suæ capite agnoscere nolunt  
Eius rei causæ.*

## CAPVT XV.

**D**Vo ferè esse, quæ hæretici Catholicis in Anglia opponere ac obijcere consueuerunt, ex ijs quæ hæcenus à nobis allatas exemplis, facilè omninò intelligitur. Primum est, quòd Anglicanas Synagogas non frequentare, & hæreticorum concionibus non interesse: Secundum, quòd Regnam Angliæ, in  
spiri-



spiritualibus caput, non fateri velint. Vnde operæ precium facturi videmur, si in hoc Capitulo causas præcisas & obligatoreis commemoremus, propter quas meritò & benè Catholici facere isthæc videantur. Ac primo quidem præsupponendum fuerit cum D. Hieronymo, tantam nonnullarum hæreseon esse impietatem, nullus ut homo ita impius & sceleratus sit, quem non hæreticus impietate superet & anteuertat. Hinc sanctus Ioannes Euangelista & multi alij, hæreticos Antichristos appellant. Hinc Sanctus Irenæus, contra Valentinum hæreticum scribens, dicit Apostolos nunquam cum hæreticis rem habere, aut sermonem instituere voluisse. Hinc Sanctus Athanasius in vita Sancti Anthonij Abbatis refert, eum hæreticos tanto odio fuisse persecutum, passim ut author Catholicus esset, nullo ut cum hæretico cõversarentur. Hinc Sanctus Cyprianus, in quadã epistola nos monet, ut neque cum ijs cõmunicemus, neque comedamus, neque verba cõmutemus; imò ut tam procul ab ijs nos abseintemus, quàm longè illi ab Ecclesia discedunt. Hinc Sanctus Leo Papa inquit: Fugite colloquia, & sermones hæreticorum, tanquã venena viperarum; nec cum ijs viuere præsumite, qui Christianorù nomine abusi, bellum contra Christi fidem gerunt. Hinc Theodoretus in sua historia refert, in Ecclesia Samosatena, quæ Catholica erat, hominem planè nullum inueniri potuisse, qui Hæretico Episcopo concionanti, auscultare vellet

Lib. 7 in l. saiam. 1. 100  
2. 5. 4. Cyp. li. 4. epist. 7.  
Hilarius contra. Au. rel.  
August. li. 2. contra aduers. leg. & Prophet. ca. 2. lib. 3. ca. 3. epist. 30.

De passione Domini.

Lib. 4. c. 14.

horirat e  
sibi hæ  
n conci  
domelli  
tere non  
eos Dia  
eneratur  
onorant  
oferant.  
quis agnū  
benedicta  
um pieta  
s suæ fru  
no verbo  
m isthanc  
a ex parte  
gnè, præ  
tulisse, et  
lendi dicit  
  
Syna  
cle  
  
colicis in  
e conue  
allacata  
ar. Primi  
a frequ  
on inter  
glia, in  
spiri





vellet, nec cum eo balneum ingredi, neque etiam eum in id subsequi, nisi antè aqua, in qua lauisset, foret effusa. Hinc Lucifer, Episcopus in Sardinia pro fide Catholica exul, ad Constantium Imperatorem, à quo relegatus erat, librum scripsit, in quo multis Hagiographorum autoritatibus astruit, non potuisse Catholicos absque religione, vel salua conscientia cum hæreticis cõmunicare. Quãuis autem Catholici hac cautela in omnibus vti debeant, ea tamen præsertim in religionis negotijs, & Sanctissimæ nostræ fidei confessione necessaria fuerit: quæ sicut purissima est, ita nulla simulatione regi, vel Hypocriseos macula debet aspergi. Hoc fundamento ita præsupposito, intelligimus Sathanz in Anglia ministros, aliud non quærere, quam vt Catholicos cogant in religionis materia, obedientiæ quam Reginæ debent, rationem habere. Tùm vt ijdem in huius obedientiæ signum Synagogas suas adeant, Diabolicam quæ suam doctrinam audeant: quod omninò Catholicorum nemo bona conscientia facere potest: Indicaret namq; isthoc modo ea, quæ hæretici faciunt, sibi nõ omninò displicere. Sanctus Eusebius Vercellensis Episcopus pro fide Catholica, à Constantio Imperatore Arianò, pro fide Catholica relegatus, ad Episcopum missus fuit, qui ipsius Arii aliquando socius, Patrophilus dicebatur. Hic cum Sanctum virum in obscurum & horribilem carcerem coniectum, aliquot dierum fame afflixisset: cibum se ei porrecturum non dicebat.

*Nota.*



nisi illum ex sua domo, & ex domesticorum manibus accepisset; addebatque id si faceret, confestim se publicaturū, Eusebium secum communicasse, suamque fidem amplexatum esse. Sin verò cibum respuisset perhibiturum se, eum inedia ex desperatione vitam sibi violenter ademisse. Cū ecce Sanctus ille vir mori potius, quàm quæ hæreticus Episcopus ex sua sibi domo misisset, comedere constituit; Non quòd mortem sibi consciscere vellet, sed quòd fatius putabat mori, quàm hæretico occasionem aliquam dare publicè iactandi, se illius fidem esse amplexatum, præter quod ille aliud non desiderabat. Vnde literas ad eum dedit, in quibus causas, propter quas ex sua manu cibum sumere nollet, exponit, iuxtaque indicat, si inedia periret, non alium quàm Episcopum sui homicidam futurum. Vicit Sanctus vir sententia isthac sua, ita, vt nec fame conficeretur, nec cum hæretico communicaret; Deus autem in illo & per illum glorificaretur. Vide mi Christiane lector, vtrum hæc quæ à nobis hæctenus allata sunt, non Anglicanos nostros Catholicos concernāt, qui hæreticorum templa frequentare, & eorum concionibus interesse coguntur; Quod tamē ipsum ferendum aliquo saltem modo posset videri, nisi Regina etiam sibi iuramentum præstari, & pro Anglicanæ Ecclesiæ capite se vellet haberi; In quo quidem vno infinita, prodigiosa, & horribilia monstra continentur. Vt enim hoc loco taceam, mulierem natura ipsa capacem non esse viri vt caput, ac multò minus integri

*Commen-  
dationis o-  
pus.*

*Cultus &  
religio erga  
Deum.*



regni & Ecclesie constituentur: Vtrum homines non intelligunt, se potestatis isthoc nomine ei concedere, vt quæ ipsa non habet, ea alijs conferat & impertiatur. Nam quomodo illa Episcopis, quomodo Sacerdotibus potestatem concionandi, animas regendi, & Sacramenta administrandi potest concedere cum nec ipsi secundum D. Pauli præceptum in Ecclesia concionari, vel loqui liceat, Quid quod etiam ea præscribere & cõstituere potest, quid prædicatores concionari, quibus cæremonijs Sacramenta administrare, quomodo Deum reuereri, ac illi seruire debeat? Quid quod eosdem castigare, & beneficijs suis priuare illi licet, nisi statuta & leges Ecclesiasticas à se perlatas, obseruent? Quid est hoc aliud, quàm quidã Oceanus ineptiarum quàm pelagus sacrilegiorum, quàm abyssus quædam errorum.

Primum enim Pontifici Romano, qui Ecclesie caput, & Christi in terris Vicarius est, potestatem derogant & adimunt, vt per Angliam in rebus spiritualibus imperare nihil possit: dum videlicet illum Pastorem vniuersalem à Seruatore nostro constitutum, agnoscere nolunt; Satis super quæ hoc ipso indicantes, se Dominico gregi annumerari nõ debere. Atque ex hoc deinde sequitur, eos in vno corpore mystico, quod est Ecclesia duo Capita, vnum Romæ, aliud in Anglia constitutere; imò tot capita fabricari, quot regna & imperia Christianus orbis complectitur. Qua enim Regina ratione sibi spirituale imperium in suo, hæc eadem quilibet Rex in sibi sub-



bi subiecto Regno id arrogare potest & vendicare. Quod si ita esset, iam tot Ecclesia capita haberet, quòd orbis regna; sicque monstrorum omnium monstruosissimum efficeretur. Ut nihil hic de communione sanctæ Ecclesiæ dicam, quam in symbolo Apostolico profitemur, & quam multiplicari, nodumq; illum & vinculū solui oporteret, quo omnes totius orbis Christiani, per tam diuersos mundi angulos diffusi, & moribus ac legibus differentes, constringimur, vnumque mysticū corpus cōficimus, cuius caput Iesus Christus est, & eius loco, illius Vicarius. Si ideo hinc etiam portentosa illa authoritate, portā ad quoslibet errores & hæreses patefieri, quas Rex aliquis sibi ipsi non constans, excogitare potest & propugnare. Quid quòd neq; generalia Concilia celebrarentur, si quilibet Rex in suo illa regno indicere posset, aut si celebrarentur, nemo eorum decretis & statutis parere vellet & obedire? Patuit hoc sanè in Consilio Tridentino, ad quod Regina, nullos cū Legatos Prælato sūe misisset: postea eiusdem etiam decreta recipere non voluit. Quo quidem illa omnes Episcopos, Archiepiscopos & Patriarchas non Anglicanos, vel si Anglicani sunt, non à suprema sua potestate consecratos excludit: adimens isthoc modo omnem authoritatem quibuscunque Iurisdictionem, & potestatem decidendi, & contro- uersias ac errores, quibus Anglia abundat, iudicandi. Confundunt ad extremum & peruertūt ordinem rerum humanarū & diuinarū, præferētes corpus animæ, imperiū civile

e 4 spiri-



spirituali, regnum terrenum coelesti, potestatem inferiorem superiori, & oues denique pastori. Facientes ex capite pedes & ex pedibus caput: Concedentes subdito libertatem Iudicem suum iudicandi; eximentesque Reginam omni censuræ & disciplinæ Ecclesiasticæ: à qua quidam nemo, verus & legitimus Christi filius vnquam excipere ausus fuit Cuius adeo prodigiosi, & horribiles in falso illo titulo, errores contineantur, quid amabo causæ est, quod homines ratione præditi legibus, poenis, mortibus, & supplicijs adeo infamem & diabolicam Tyrannidem sustentare non verentur? Imò quid causæ est, quod Catholici titulum illum agnoscere nolentes, vita priuantur, in partes secantur, tormētis affliguntur, & acerbissimis supplicijs excruciantur.

*In epist. ad  
solitariam  
vitam agen-  
tes.*

S. Athanasius magnus, vir assuetus huiusmodi procellis, in hunc modum de Constantio Imperatore scribit. *Quid hic, quod Antichristi non sit, omisit? aut quid ille, ubi venerit, plus committere poterit? aut quam ille in aduentu suo non repererit sibi expeditam viam ad dolos ab isto preparatam? siquid em iam denudò in locum Ecclesiasticæ cognitionis suum Palatium tribunal causarum constituit, seque eorum litium summum principem & auctorem fecit. Et iterum: Quis videns eum in decernendo Principem, se facere Episcopum, & presidere iudicijs Ecclesiasticis, non meritò dicat, illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est? Et iterum: Quando à condito suo auditum est? Quando iudicium Ecclesiasticum*

*Et oritatem*



toritatem suam ab Imperatore accepit? aut quando unquam hoc pro iudicio agnitum est? Plurima antehac Synodi fuere, multa iudicia Ecclesia habita sunt, sed neque Patres istiusmodi Principi persuadere conati sunt, nec Princeps se in rebus Ecclesiasticis curiosum prae-  
buit. Et Hosius Cordubens. Episcop. vir celeberrimus ad eundem Imperatorem scripsit, teste Athanas. loco citato. Ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere praecipe, sed potius, ea à nobis discere. Tibi Deus imperium commisit, nobis, quae sunt Ecclesiae, concredidit:

Eodem quoque tempore, & eundem Imperatorem sic affatus est Leontius Trypolis Lydiae Episcopus. Miror qui fiat, ut cum alijs curandis destinearis, alia tractes; Quum enim rei militari & civilibus negotijs praesit, tamè Episcopus ea praescribis quae ad solos pertinet Episcopos. Verecundia igitur (ait Suidas) tactus Imperator, eiusdem edictis in posterum abstinuisse fertur. Ambrosius itidè sic alloquitur Valentinianum iuniorè Imperatorè. Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea quae diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis diu imperare, esto Deo subditus, scriptum est: Quae Dei, Deo, quae Caesaris, Caesari, ad Imperatorem Palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiae; Publicorum tibi manium ius commissum est, non sacrorum.

Transeo hic D. Hilarij, D. Gregorij Nazianzeni, D. Chrysofomi, & aliorum Sanctissimorum, Sapientissimorumque Doctorum dicta & auctoritates, quibus illi abominabilem illam Reginae Elizabethae potesta-

Suidas in  
verbo Leōt.  
epist. 33.



rem impugnant atque euertunt. Certe nisi hæc ineptia adeò detestanda foret, nunquam mihi credite, ipse Calvinus ( cuius Euangelium tanta cum impietate Angli amplectantur, vt pro eius defensione, Innocentissimorum Dei seruorum sanguinem profunderè non vereantur ) Blasphemos illos existimasset, qui Regi Henrico 8. Elizabethæ Patri ( viro non mulieri ) titulum capitis Ecclesiastici, attribuebant. Adeò quidem, vt Infernale illud monstrum, & viua Sathanæ effigies Calvinus, eiusmodi abominationem pati nõ potuisse videatur. Iam ipsi etiam Lutherani hæretici factum hoc reprehendunt & abominantur, vt Angliæ primores taceam, qui, cū in primo Parlamento de Regina pro Ecclesiæ capite admittenda consultarentur, videntes rem absurdam esse, iuramentum præstare noluerunt, tametsi ad id Episcopos, Prælatos, & alias Ecclesiasticas personas obligarent; quæ admodum à nobis in tertio libro parte prima huius historiæ dictum est.

Quæ cum ita sint, omnesque Anglicani Catholici, mille potius vitas profunderè, quam animas suas oppignorare, remque adeò fœdam, adeò monstruosam, sanctæ nostræ fidei contrariam, ab omnibus sanctis impugnata, Ecclesiastici vnioni aduersantem, & à nemine non rationis prædito hactenus iugularè, admittère & approbare debeant: hinc Regiæ ministri tanta cum immanitate & barbarie sicut diximus, Catholicos persequuntur nullam reuera aliam ob causam, quam quia salutis suæ nolunt obliuisci, Nõ contenti au-

tem



tem iidem leges & edicta, superioribus annis contra illa publicasse, indies multò adhuc truculentiora acerbioraque promulgât. Ea his ego, quod mihi crudelissimum esse videtur, quodque illi Anno 1591. ediderunt, loco huic annectam.

---

*Edictum Regine Angliæ Calvinianam hæresim oppugnantis, aduersus omnes Catholicos sui regni, quod in alios quoque Christiana Reipubl. Principes indignissimas contumelias continet; Promulgatum Londini 29. Nouemb. Anni 1591.*

PER REGINAM.

CAPVT XVI.

**D**Eclaratio magnarum turbationum, quæ contra Rempubl. intentantur, per multitudinem Seminaristarû, ac Iesuitarum, qui clam immissi, & per regnum dispersi sunt, ut insignes proditiones operentur sub e mentito nomine religionis, cum prouisione valde necessaria de remedio ad malum hoc euertendum, edicto Maiestatis suæ publicata.

*Quoniam non defuerunt probabiles quadam cause, quibus persuadere nobis potuissemus, nunc tandem post triginta ferè & trium annorû gubernationem nostram, quibus Deus Omnipotens perpetuò nos conseruauit in pacifica regni nostri possessione inimicorum nostrorum violentam ac ferocem malitiam, ( præcipuè verò Regis Hispaniæ ) qua tot annis iam conatus est sine vlla iusta causa Rempubl. nostram turbare, languidiorem tandem & infirmiore*  
futu-



futuram, hocq; non solum in illo, verum etiam in alijs omnibus, qui ab illo dependent: & quod hac inimicitia mutaretur aliquando in morem, aliquando magis pacificum, quo Rex iste idonee disponderetur ad viuendum nobiscum, & cum ceteris Christianis Principibus vicinis suis in concordia, eaq; ratione pax aliqua vniuersalis in in Republ. Christiana constitueretur, quae modo illius solummodo bellis, armisq; & nulla alia praeerea re perturbata cernitur.

Bellum ob  
ambitionē.

Nihilominus tamen ex praesentibus eius affectionibus, quae maiori apparatu ac potentia susceptae sunt, quam vnquam antea, contrarium plane perspicimus: quod nobis sane persuademus, placuisse tandem Omnipotenti Deo, exercituum permittere ruinam & correctionem istiusmodi hominum, qui induci non possunt, ut rebus suis contenti, pacifice viuant, & hac de causa permisisse huic Regi, ut hac aetate sua iam inclinata (quae paci esset aptior) & eo tempore, quo maxime contentus esse deberet dominij proprijs, absq; hoc, ut aliena per vim & arma quaereret. (Plures enim hodie coronas, plura regna & nationes, plures etiam diuitias terrenas possidet, quam vlli antea maiorum suorum, aut vnquam vnquam Christianus Princeps habuit.) Nunc (inquam) hac aetate permisisse Deum, ut bellum longe iniustissimum, & vniuersae Reipubl. Christianae periculosissimum contra praesentem Franciae Regem incipiat, quod etiam manifestum est, illum contra nos quoque ante biennium cogitasse, ut regna scilicet nostra inuaderet, hocq; eo maxime tempore, quo nobiscum de pace tractabat, sed Deus ei restitit, & non solum ipsi



sed vniuerso etiam exercitui suo iustam causam  
resipiscentia dedit.

Cum igitur nunc pro certo intelligamus, Re-  
gem Hispania, vt nouo aliquo colore actiones su-  
as exorbitantes & violentes muniat, prouocasse  
nuper, vt Mediolanensis quidam Vasallus suus ad  
Papam Romanum exaltetur, eumque seduxisse,  
vt sine consensu Collegij Cardinalium thesauros  
Ecclesie exhauriat, ad milites in Italia (que an-  
tea in se nullum bellorum sonitum habebat) mul-  
tisque alijs in locis conscribendos, quos sub nepotis  
sui ductu in Galliam mittat, ad regnum illud inua-  
dendum, quod illi Ecclesie in omnibus oppressio-  
nibus suis semper auxilio fuit: cumque hoc bellum  
tam generaliter ac potenter contra Galliam  
susceptum nostro etiam statui ac dominij non  
potest esse, non valde periculosum, praesertim cum  
nobis per multis modis pernotum sit, Regis prapa-  
rationes, tam maritimas, quam terrestres ma-  
iores fore contra nostram coronam ac ditionem  
pro anno sequente, quam vnquam hactenus fue-  
runt.

Præterea cum sciamus Regem hunc pro istis  
promouendis, ex occasione potestatis Papæ sui pe-  
culiaris, quem sibi subiectum ac à cinctum suo pē-  
dētem habet, practicasse cum precipuis quibus-  
dam seditio-nis capitibus, Regni nostri ingratis  
subditis (licet obscuris admodum natalibus) vt  
magnis laboribus, ac Regis sumptibus multitudine  
quandam dissolutorum adolescentum, qui  
partim ob victus inopiam, partim ob crimina à  
se commissa facti sunt fugitiui, rebelles, ac pro-  
ditores patriæ.

Cumque pro his alendis ab sustentandis rece-  
ptacula



pracula quadam partim Roma, partim in Hispania, alijsq; in locis, Seminariorum nomine erecta sint, in quibus instituuntur, & cum sacro edocti in Scholasticis quibusdam seditioibus videntur, tum inde clam in dominia nostra mittuntur, cū amplissimis Pontificis facultatibus, ad persuadendum omnibus, quibuscum agere audebūt, vt obedientiam nostram, nostrę Corona debitam deserant, spe nimirum Hispanice inuasionis, qua eos mirabiliter ditandos fore reliquorum nostrorum fidelium opibus persuadent.

Propter quam causam etiam Sacerdotes ipsi subditos nostros, quibuscum tractantur, iuramentis ac Sacramentis quibusdam deuincunt, vt subiectionem suam naturalem nobis debitam abiurent, omnemq; obedientiam, vires, & opera Regi isti Hispanico offerant, ad exercitum emiuuandum, cum venerit: ad quam etiam rem efficacius efficiendam, & vt facilius populi simpliciiori Seminarios illi seditioibus imponat, Bullas quasdam Papales secum adferunt; quarum aliqua indulgentias habent, promittentes ceteris omnibus, qui sua cōsilia sequentur; alia vero maledictiones continēt, damnationem & infernum imminutantes, si qui fortē perditis eorum persuasionibus non acquiescunt.

Et quanquam genus hoc molitionum Papalium, iamdiu apud aliquos in vsu fuerit, tamen aliquo etiam modo per nos impedita fuerunt, directa quadam legum contra istiusmodi perduelles executione. hocq; tantum ob proditioes & lesa maiestatis crimina, & ob nullum i-



minimo religionis articulum, ut eorum fautores falso, ad actiones eorum fucandas persuadere vellent: quod tamen ex eo manifestè refutatur, quod in processibus criminalibus, qui contra istos fiunt, non accusantur, neque condemnantur, neque morti traduntur, ob aliud quàm ob suprema Maiestatis lese crimen: affirmantes inter cetera, quòd si Papa contra nos & religionem nostram exercitum aliquem mitteret, ipsi ei adhererent, & à partibus eius starent.

Praterèa quod nullus istorum mortem patitur propter religionis negotium, ex hoc etiam evidentissimè probatur: quod multi viri locupletes in regno nostro cognoscuntur esse, qui religionem nostram contrariam profitentur, & tamen neque vita neque possessionibus, neque bonis, neque libertate, ob hoc ipsum plectuntur, sed tantum ut solvant summam quandam pecuniarum, tanquam pœnam pro tempore, quo Ecclesias nostras frequentare recusant: qui modus agendi noster, clarissimè refellit sermones illos, & libellos infamatorios, quos fugitivi nostri in terris alienis diuulgant.

His tamen non obstantibus, certissimè nobis constat, capita quadam istorum latibulorum ac receptaculorum, quæ per duelles nostri Seminaria seu Iesuitarum collegia vocant, recenter admodum Hispania Regi iterum persuasisse, quod etsi antea magna illa classis HISPANICA contra nos instructa; successum infelicem habuerit, si tamen iterum rem aggrediatur, fore parata intra insulam multa hominum millia

millia



millia (vt ipsi ad commodum suum rationem ineunt) qui exercitum eius, in terram semel expositum, sequantur, & quanquam Rex secundum prudentiam regulam & experientiam superioris temporis, nullam huiusmodi spem de immittendis militibus suis in Angliam concipere deberet, falsis tamen his promissis & informationibus tentatus est.

Informationes verò istae sūt Regi in Hispania, praecipue per Scholasticum quendam vocatum Personum, qui id sibi assumit, vt Regis Catholici Confessarius sit: & ROMANO Pontifici per alium Scholarem Alanum nomine, qui iam ob suas contra nos prodiones Galeri Cardinalitij honorem accepit. Hi duo nominum quorundam Catalogos his Principibus exhibuerunt plurimorum hominum, quos isti existimant factionis suae esse, vel fore, praesertim in locis maritimis ditionum nostrarum, & certissimos Hispanicarum partium fautores, & coadiutores, cum exercitus aduenerit. Et quanquam tum Papatum etiam Rex recte intelligant maiorem partem eorum quae isti suggerunt falsa esse: tamen cum videant Seminaristas istos, sacerdotes & Iesuitas idoneos esse, qui impijs suis designationibus inseruiant, & populum suum reconciliatum in perdita sua constantia conseruent, non paucos ex eis recenter, id est intra decem vel duodecim mensium spatium huc clam in Angliam miserant, vt per regnum dispersi, complicibus suis annuntient, Regem omnino statuisse, (quemadmodum ex aliquibus eorum comprehensis intelleximus) sequente anno vires suas vniuersas contra Angliam iterum semel adhuc ex-

Iesuita in  
Angliam  
missi.



periri: sed quia nonnulli ex Consiliarijs Regis reliquis prudentiores existimant, nihil hac re profici posse, ideo Rex cogitavit, si contra nos nihil proficiat, eandem tamen classem posse, non incommode contra Galliam, aut Belgium, aut contra partem aliquam Scotia (quo etiam nonnulla Seminariorum istorum progenies immissa est) conuerti.

Quapropter cum Regis Hispaniae intentiones ita nobis patefactae sint, ut amplius de eisdem dubitare non liceat; quanquam minimè profectò dubitemus, quin Deus iustarum omnium causarum defensor, easdem planè irritas facturus sit, (quemadmodum semper fecisse cernitur) tamè officij quoque nostri est, qui supremam sub potentissima eius manu gubernationem accepimus, media omnia adhibere, quae ipse nos donauit, & ea concurrere cum diuino ipsius fauore per eum fideliū nostrorum subditorum, tum ad vires nostras augendas, omni illorum potentia, tum ad leges contra seditiosos exequendas, aliasq; politicas ordinationes adhibendas, quibus proditores ista impediri possint. Itaque primo loco & ante omnia hoc postulamus, ab Ecclesiasticis nostris, ut omnis diligentia adhibeatur priorū Ecclesia ministrorū ut tum doctrina, tum vitæ etiam exemplo retineant constanter populum in professione Euangelij, & in officio tū erga Deū, tum etiam erga nos, eoq; magis, quod videant paucos seditiosorum ac proditorum duces continenter in eo occupari, ut per Seminarium abducant simpliciosorum & ignorantium multitudinem ad fescinationes & incantationes suas.

f

SECUNDA



Secundo quantum pertinet ad copias nostras tam mari, quam terra parandas ad discutiendos vtres illos inflatos, qui ex Hispania nobis intentantur: confidimus per illum ordinem, quem huius iam de rebus prescripsimus fore, nos potetiores, quam vnquam ante ab hostibus resistendū: ad quod tamen omnino requirimus, vt subditi nostri, tum manibus, tum crumenis etiam, & consilijs suis nos adiuuent, & omnes oratione instante apud Deum agant, vt nobis adsit in hac defensione, tā natura debita, tam honorifica, necessaria & virili: cum sit tantummodo pro tuenda natura patriæ, pro conseruandis vxoribus, pro familijs, pro liberis, pro honoribus, pro bonis, pro libertate, & posteris, contra externos crudeles, & rapaces, contra desperatissimos Patriæ depopulatores, ac proditores monstrosos.

Tertio, vt remedia etiam opportuna & maturata adhibeantur, contra secretas & fraudulentas machinationes Seminariorum, resicitarum, aliorumq; proditorum ( sine quibus videtur quod Rex Hispania nihil saltem hoc tempore attentaret ) quiq; falsa quadam Sanctitatis specie in animos subditorum nostrorum se insinuant, vt conscientias eorum peruertant, & ad prodiciones paulatim disponant: omnino nobis constitutum est, Commissarios statim ad omnes regni nostri comitatus, prouinciasq;, cum mandatis amplissimis dirigere, & ad omnes ciuitates, oppida, locaq; maritima eorundē, qui summa diligentia, modisq; omnibus legitimis inquirant de personis omnibus suspectis, qui vel per-



suadeant, vel persuadere sibi permittant, obedientiam vllam cuiuscunque generis sit, Papa vel Regi Hispania prebendam esse.

Et quia multi ex istis Seminarijs cognoscuntur ementito habitu in regnum nostrum ingredi, & tanquam alterius longè generis homines in ipsas se vniuersitates, & aulas etiam Principū, familiasq; nobilium virorum fœminarumq; (quo tutius lateant) callidissimè ingerere: ideo mandamus seuerissimèq; precipimus omnibus & singulis, cuiuscunque generis, status, sexus, conditionis, dignitatis, personis, imò etiam cunctis palatij nostri officialibus, ministris & Magistratibus, & cuiuscunque familia Dominis, aut communitatis alicuius Rectoribus, vt statim ineant exactissimam rationem earum omnium personarum, quæ his saltem quatuordecim proximè elapsis mensibus domos suas frequentauerint, aut in eisdem habitauerint, versati fuerint, dormierint, aut comederint, aut in presentia quicquam horum faciunt aut in posterum facturi sint, nempe cuius nominis, conditionis, & qualitatis istiusmodi persone sint, in qua ANGLIAE parte nata: vbi antea conuersata per integrum saltem anni spatium, antequam in domum suam venissent: quomodo, & vnde se sustentent: quid faciunt, quenam loca soleant frequentare, quibuscum versari, & si temporibus debitis, & per leges nostras prescriptis ECCLESIAS nostras adeant, & diuina officia debite audienda. &c.



Vniuersa autem hæc examina in libros particulatim referri præcipimus, hosq; libros apud unumquemq; patrem familias diligenter per modum registri & ca'cedarij asseruari volumus ex quibus Commissarij nostri, quando eis videbitur, expedire, tum personarum qua in suspicionem venient conditiones, tum Patrum etiam familias diligentiam fidemq; inde perspiciant.

Si quis autem minus libenter ad hæc examina respondere perspectus fuerit, aut in responsis dubius apparuerit, huiusmodi statim comprehendendi volumus. & ad aliquem ex Commissarijs, qui ei loco vicinior fuerit, cum custodia transmitti. Quod idem etiam fieri præcipimus de Patribus familias, domorumq; rectoribus, qui in examine hoc faciendo negligentes se aut remissos præbuerint, vt à Commissarijs castigentur pro qualitate delicti: si vero aliquis deprehensus fuerit, qui personas eiusmodi suspectas fouerit, aut intra spatium 20. dierum post huius edicti in prouincijs publicationem easdem Commissarijs non detexerit: hunc castigari volumus eadem pœna, qua proditorum ac perduellium complices, fautores; & coadiutores castigari solent. In quo firmiter omnino & determinate statuimus nullum prorsus permittere fauorem aut castigationem, ob cuiuscunque personæ respectum, cuiusuis fuerit dignitatis aut conditionis, imò nec vllam penitus excusationem negligentia, aut omissionis admittere, eorum qui proditores istos non detexerunt, aut examinationem dictam studiosè non fecerint de personis omnibus, qua in suspicionem vlllo modo vocari possunt



possunt, cum hoc nullo contrarium sit, sed con-  
sonum omnino antiquissimis regni nostris legi-  
bus, optimisq; eiusdem consuetudinibus pro con-  
servanda subditorum obedientia, nobis ac Coro-  
na nostræ debita. Datum in palatio nostro Ri-  
chmondia, die 18. Octobris 1591. Regni verò no-  
stri 33.

Vide mihi iam nunc sis Christiane lector  
Reginæ Anglicanæ edictum, quod si tu atten-  
tius paulò legeris, & Anglicanæ religionis  
statum, & nostræ historiæ veritatem ipse ag-  
nosces. Quod si deinde illius finè, si rationes,  
si denique filum & contextum consideres, re-  
peries edictum istud, contra Deum impium,  
contra Romanum Pontificem, & Catholicū  
Hispaniarum Regem Philippum falsum &  
impudens, contra Sacerdotes Seminariorum  
& Iesuitas crudele & barbarū, vniuerso An-  
gliæ regno crudele & intolerabile, ac deni-  
que multis contradictionibus, repugnantijs,  
& falsitatibus plenum esse, quas qui illud  
composuit, vel non aduertit, vel certè dissi-  
mulauit. Etsi autem ego probè intelligam,  
historici nequaquam esse ad istiusmodi calū-  
nias respondere, sed eas tantum planè ac ve-  
raciter ita referre, vt præter fructum volup-  
tas etiam aliqua lectori adferatur, tamè quia  
negotium istud Deum, ac illius religionem  
concernit; & verò quia ego ad historiam hanc  
scribendam accedens, persecutionem omni-  
um crudelissimam, legentium oculis subij-  
re, hæreticorum nostri temporis malitiam  
& impietatem declarare, ac eorum fraudes,  
f 3 astus,



astus, & stratagemata propalare conatus sum, beneuolum hic lectorem monitum volo, non minutim edicto me illi responsurum, sed vberius aliquantò quàm soleo ea quæ nostram religionem cõcernunt, ipertractauerũ. Quemadmodum enim historia ista non nostratantum ætatis hominibus, qui rerum præsentium cognitionem habent, sed multò magis venturis seculis, ac hominibus rerum nostrarum ignaris, scribitur & consignatur, ita eos veritatem, vti est, non autem sicuti in edicto depingitur, cognoscere decet. Verum, enim verò quod mandatum istud a Regina publicatum est, cuius consilia grauiã & circumspecta, decreta iusta & considerata, ac verba etiam vera & præcisa esse debent: existimare aliquis posset, quæ in hoc edicto dicuntur vero esse, quàm simillima. Quo quidẽ facto lector deciperetur, & fructum laboris mei nequaquam consequeretur. Vnde operæpretium fuerit vnã cum ipso edicto eius Alexipharmacũ, exponere, ne videlicet incautus lector veneno inficiatur, & falsitatẽ, veritatem esse arbitretur. Quatuor ergò præcipuẽ in hoc edicto continentur. Primò mendacia contra Regem Catholicum Philippũ. Secundò absurda & impudentiã contra Papam. Tertio falsitates & contradictiones aduersus Seminaria. Quarto edicta contra Seminaristas, & Patres Societatis Iesu. vnã cum nouis & exquisitis, eos capiendi & circumueniendi modis.

Duo autem edicti huius fines sunt. Pri-

mus

Quatuor  
mendacia  
Edicti.



mus ut nostra religio, & Catholici quæ-  
am profitentur, ac sacerdotes qui eam tra-  
dunt, in odium vocentur. Secundus, ut ti-  
more classis Hispanicæ & aliarum fictarum  
prodicionum Anglos Reginae subditos per-  
terrefaciat; quo ita Seminaristas maiore o-  
dio prosequantur, & Reginam suam prom-  
ptius propugnent ac tueantur. Ego itaque cæ-  
tera omnia, quæ minus religionem nostram  
concernunt, præteriens directè illam atting-  
entia, & finem meum spectantia huius hi-  
storiciæ insertum ibo. Non commemorabo ita-  
que somnia ac deliria illa Anglicana, con-  
tra Papam & Regem Catholicum eo in edi-  
cto contenta; sed tantùm in duobus punctis,  
& quatenus religionem nostram attingunt,  
delibabo.

Quod præsertim ita falsa illa esse constat  
nihil ut opus sit ad ea respondere, ipso lecto-  
re primò statim intuitu manifestam falsitatē  
vanitatemque deprehendente. Tū verò, quia  
iniquum est sapientissimorum maximorum-  
que Principum nunquam satis laudatas acti-  
ones, ab unius mulieris, Hæresi præstrictæ, &  
à consiliarijs occæcatæ, putido & absurdo e-  
dicto velle defendere. Quod præsertim a-  
lij Scriptores sunt, qui edicto illi responde-  
runt, & veritatis luce densissimas illius te-  
nebras ac noctem depulerunt. Horum ego  
duo quædam opuscula legi: alterum cui ti-  
tulus erat. *Exemplar literarū missarum è Ger-  
mania ad Dominum Guilielmum Cecilium Cō-  
siliarium Regium;* ibi obiter observa Cecilium  
illum



illum Anglicani edicti primum facile auctorem fuisse; alterum Theologiæ quidam doctor Andreas Philopater cōscripsit, ac Anno 1592. Lugduni publicauit; ad quæ Lectorē remitto.

*Edictum Anglicanum impium, & in Deum blasphemum est.*

CAPVT XVII.

**N**Vnc ut eorum, quæ dicturi sumus inuitū faciamus, aio ante omnia, Regina: illud edictum impium & in Deum blasphemū esse; quod videlicet omnibus suis Ecclesiasticis subditis imponit, vt in Ecclesijs pij ministri sint, qui sua doctrina, & vitæ morumque exemplo, populum in Euangelij professione conseruent. At quæro hîc ex vobis Caluinistæ, quodnam illud Euāgelium est, quod Angliæ populum retinere vultis & conseruare? Estne id Euāgelium Iesu Christi Redemptoris nostri? Estne id illud, quod Spiritus Sāctus dictauit & inspirauit? Quod Euangelistæ cōsignarunt? Quod Sācti Doctores explicarunt? Quod fideles amplexati sunt? Quod innumerales fortissimorum Martyrum exercitus sanguine suo propugnarunt? Quod Ecclesia Romana, iam inde à Sancto Petro vsque ad Paulum V. propè iam ipsos sexcentos annos agnouit & conseruauit? Quod omnes nationes, Prouinciæ, & totius orbis Christiani regna, profitentur? Quod vsque ad Henricum VIII. omnes Principes & Reges Christiani in Angliā tāta cum deuotione & pietate habuerunt



erunt? Quod innumeris, manifestissimisque miraculis in omnibus retrò seculis & mundi regionibus fuit confirmatum? Propter quod multi nobiles & magnates Regum pallatia deseruerunt, mundi pompas contempserunt, ciuitatibus excesserunt, Eremos inhabitaerunt, & loca deserta in Paradisum & immortalia quædam Templorum mutauerunt? Propter quod Monasteria infinita & innumera-bilia, quæ virginum, quæ Sanctorum Monachorum, qui in corpore mortali Angelicam vitam ducebant, excitata fuerunt? Quod crucem annunciat, quod poenitentiam, quod vitæ rigorem, nostrarum passionum mortificationem, mundi nauseam & contemptum, æternitatis affectum, Deo obedientiam, ac illius ministris debitam, quod castitatem, quod humilitatem, quod patientiam, quod mansuetudinem, quod denique innumerabiles alias longè pulcherrimas & diuinas virtutes tradit, quas Iesus Christus doctrina & exemplo suo nos docuit? Hoc est enim Euangelium Iesu Christi Seruatoris nostri, hi illius magistri & hæc effecta. Illud autem, quod hodierna die in Anglia floret, est Euangelium Caluini, & Sathanæ eius magistri, fundatū in incestu & libidine Regis Henrici, qui viuente adhuc legitima vxore cū filia sua, ita turpiter confuevit, vt ipse ad extremum eā publica sententia iusserit decollari. Hoc vestrum Euangelium in Anglia Bucerus, & Petrus martyr, duo insignes Apostatæ & fœx ac opprobrium religionum, annunciauerunt: Ioannes autem Caluinus Buceri discipulus, natione Picardus,



*Blasphemia  
in Deum  
maxima.*

propagauit: homo sine fide, sine lege, sine Deo, propter turpitudines exul: cuius vita abominabilis, doctrina pestilens, mors horribilis, secta autem incendium quoddam infernale fuit, quod intra paucos admodum annos, multas prouincias & regna haufit atque absumpsit. Hoc vestrum Euangeliū Deo bonitatem (constituendo illum peccatorum nostrorum authorem) hominibus liberum arbitrium, Ecclesiæ Sacramenta, bonis operibus mercedē & efficaciam, diuināque gratiæ virtutem adimit & derogat: blasphemū est contra Redemptorem nostrum, iniuriōsū contra redemptos, quia videlicet infernum dilatat, & omnibus peccatis ac corruptelis viam pandit. Hoc vestrum Euangelium innumerabiles religiosos & religiosas ex monasterijs pellexit & turpitudinibus Caluinianis dehonestauit: Hoc mentiri docet, hoc peiurare, hoc fingere, hoc dissimulare, hoc adulari, hoc Hypocritas esse, hoc principes ouinam pellem induere, & nihilominus laniare, occidere, sanguinem profundere, & more luporum gregem Dominicum deuorare. Quantas, Deus bone, seditiones, quantas turbas, & tumultus nouū hoc vestrū Euangeliū, ab eo tēpore quo primū emerfit, in mundo excitauit? Quot ciuitates euertit, destruxit, & solo adæquauit? Quot prouincias vastauit, quot regna depredatum est, quantum deniq; innocentis sanguinis profundere non dubitauit? Dicat hoc Gallia, dicat Belgium, dicat Scotia, dicat etiam vestra hæc Anglia: Siquidem omnis illa tyrannis, barbaries, crudelitas



ras, & sc̄uitia, quæ hodie apud vos obtinet, aliud nihil sunt, quàm vestri Euangelij fructus. Quibus ita constitutis, Euangelium adhuc vestrum, Deo attribuere, & ad illum referre audetis? Potestne blasphemia maior ista reperiri? Potest aliquid impudentiùs contra Deum dici, quia sicut æterna & infinita bonitas est, ita omnem malitiam auersatur. Et sicut fons lympidissimæ aquæ est, ita Doctrinam adeò turbidam & coenosam profunderi non potest. Mihi credite, Dominici Euangelij puritas, sordes, maculas, & abominations illas, quas vestrum prædicat, pati & tolerare non potest. Imò impossibilè est duæ vt viæ adeò diuersæ & contrariæ, vti sunt vitium & virtus, malitia & bonitas, peccatum & gratia, ad eundem terminum pertingant: vtque lux & tenebræ, Christus & Belial in vnum concurrant.

Maneat ergò quod in principio dicebam, Anglicanæ Reginæ edictum contra Deum impium debere videri, quod videlicet pro Dei Euangelio doctrinã adeò monstruosam & impiam amplexatur, quæ vti dicebam cum incestu plantata, innocentum sanguine rigata, plus quàm Scytica barbarie & immanitate sustentatur, & ad tale Euangelium retinendum, Regina Ecclesiasticis suis iniungit, eos vt ministros Ecclesijs suis præficiant, sua quæ doctrina & exemplo plebem instruere possint & gubernare. Iã quale Euangelium est, tales etiã ministri sunt; imò eorù vita adeò nõnquã turpis, flagitiosa, & obscena est, publica vt poena afficiãtur, patibulis appendãtur.

Quo-



Quorum enormia grauissimaque flagitia et si ego hoc loco enumerare possem, attamen ne honestas aures animosque offendam, tacitus præterire constitui. Atque hoc primum est, quod Elisabetha in suo edicto cauet: hoc illius fundamentum; vt videlicet in suo regno Iesu Christi Euangelio eradicatedo, Calvinianum è contra plantetur.

*Bellum Gallicum, quod Regina iniustissimum appellat.*

CAPVT XVIII.

*Elisabetha  
Calumnia.*

**E**T potest adhuc alicui mirum videri, eam mulierem, adeò quæ in Deum impia est, in homines etiam iniustam ac iniuriam videri? Eam terræ Principes & monarchas traducere, quæ Regem Regum, ac cœlorum Principem adeò nefarie tractat? Calumnia illa Elisabethæ contra Romanum Pontificem & Regem Catholicum, quia religionem concernit, ideò à nobis ventillari debet & examinari. Nam quam aliam ob causam bellum illud contra Regem Franciæ periculosissimum & iniustissimum à Regina appellatur, nisi quia contra Principem Biernensem Calvinistam hæreticum, suæ sectæ & religionis, suscipitur? Nisi quia Elisabethæ displicet, cõtra quã quisquis bellum geret, is iniuste belligerare continuò debet existimari? Hæc enim reuera causa est, quòd in edicto suo Papam, & Regem Catholicum taxat, qui arma contra Principem Biernensem mouerunt, nolentes permittere, vt regnum Franciæ, in quo à tot iam annis Ca-

tho-



tholica religio tanta cum pietate & deuotione floruit: à pertinacissimo hæretico opprimeretur. Cur autem Elisabetha regnum Franciæ inuadere, & impugnare eos dicit, qui Catholicam fidem defendere, propagare, & sustentare conantur? Quasi videlicet pauci nobiles & regni primores, non autem omnes prouinciæ, ciuitates, parlamenta, religiones, academiæ Catholicæ, Principes & status regni, qualemcunque demum hæreticum à regni successione excluderint; & consequenter Principem Biernensem, qui relapsus & recidius hæreticus est? Huic ergò toto corpori & regno sancto vnionis vinculo colligato, sub persecutione gementi, & pessimè tractato, Papa Romanus succurrere vult. Nec immeritò, Si enim quilibet Rex & Princeps Catholicus omnibus Italiæ Catholicis fauere debet & opitulari, quia videlicet vnus corporis mystici, hoc est, Ecclesiæ membrum est, imò si omnes Catholici & fideles muneri, nomini, & professioni suæ satisfacturi, id ipsum pro viribus præstare debent: Quid totius Ecclesiæ caput, Pastor vniuersalis, & Princeps omnium Pastorum ac Prælatorum faciet, si cubi oues suas iamiam à famelico & immani lupo deuorandas ballare audiat & se inclamare? Quid faciat Pater, videns tot filios perdi? Quid agricola, messem suam incendio absumi, & vineas suas deuastari conspiciens? Quomodo Papa permissurus est, vt regnum Franciæ, tam amplum, tam opulentum tam potens, tam Catholicum, tam sanctæ Apostolicæ

licæ



licæ sedi obediens & deuotû, tû cuius maiores toties hæctenus Ecclesiã Catholicã propugnârunt destruatur, desoletur, vastetur & Tyrânno obstinato & relapso Calvinistæ, qui fidẽ Catholicam extinguere, & obedienciã Pape, ac illi regno derogare conatur, ad eò foede & turpiter subijciatur? Imò cum eadem sedes Apostolica, propter ipsas illas causas iustissimis sententijs, & grauissimis censuris Comitẽ Biernensem excluserit: quomodo armis & alijs medijs effectura est, vt quod semel constituit, ratum ac fixum permaneat? Cum præsertim ille post hanc sententiam perlatã perfidam suam & obstinationem amplius vexarit, vexando regnum illud, affligendo & occidendo quam plurimos Catholicos, imò tot, tamque enormia peccata designando, sola vt illa regni priuationem meruisse debeãt videri? Et quoniam Elisabetha Papam ingrati tudinis arguit, quod beneficia à Regibus Franciæ, sedi Apostolicæ præstita non agnoscat: vt hæc etiam vanitas intelligatur, Quæro ex vobis, quinam illi Reges Gallorum in necessitate sedi Apostolicæ succurrentes fuerint. An erant Calvinistæ, an Hugonotæ, an Principi Biernensi similes; Non certè; neque enim tunc, aut Hugonotæ, aut Calvinistas mundus sciebat. Erant ergò Reges Catholici, qui Pontifici Romano, tanquam capiti & spiritali Principi Ecclesiæ obediãt ei succurrebant, in necessitatibus constitutũ tegebant, & totius regni Gallici viribus ac armis propugnabant. Cum autem sedes Apostolica tot beneficia à Gallis Catholicis acceperit



perit, quis eam reprehendere aufit, quod nostra memoria similiter Gallis Catholicis, non autem hæreticis constituit opitulari? Audebitne negare aliquis, iustissimum esse, eam in Francia religionem cõservare, per quam totum illud regnum floruit, & eius reges Christianissimi appellati sunt; ne videlicet ab ijs extinguatur, qui totam Christianitatẽ & Evangelium Iesu Christi è mundo liminare cõtendunt? Quænam isthæc nova Logica, & heteroclitica argumentandi ratio est? Catholici Gallix sedi Apostolicæ, contra Hæreticos & Schismaticos Principes, auxilium sæpè tulerunt: teneatur ergò eadem sedes Gallix, Catholicos profligare, eos hæreticorum immanitati exponere, ut ab ijs affligantur, opprimantur, & excarnificentur; tota enim ista consequentia euidenter ex ijs quæ Regina in edicto suo prætendit, colligitur; Hæc est intolerabilis illa fraus, hoc scelus, hoc facinus, quod Philippus Rex Catholicus Summo Pontifici persuaserit, ut videlicet Patris, Pastoris, & Vicarij Iesu Christi officio fungatur: ut quæ Sedes Apostolica pro ea fide & religione disceptet, quæ meritò Catholica, Apostolica, & Romana, appellatur. Quamuis autem summi Pontifici omnes hæctenus id fecerint; ita ut nihil opus fuerit, Regem Catholicum illos aut adhortari, aut commonefacere; attamen si currenti equo calcaria admouit, & sedem Apostolicam viribus se suis adiuturum spondit, quod peccatum, quod flagitium, quod facinus, designavit? Elisabetha certè cum omnibus suis Hæreticis  
scelus



scelus appellabunt; Catholici autem & p̄t̄i-  
 c̄etes vniuersi dicent, Misericordissimi Prin-  
 cipis opus id esse, quemadmodum & bellum  
 illud fuit, quod eadem Regina iniustissimū  
 appellauit. At videandus, in quonam potissi-  
 mumea iustitia consistat? Vtrum iniustum  
 est, Regem Catholicum, ac eum Regem, qui  
 solus inter Reges Christianos, regis Catholi-  
 ci titulum sibi vendicat, fidem Catholicam  
 propugnare? Vtrum iniustum est vicinū vi-  
 cino, potentem debili, fortem ac robustum,  
 infirmo opitulari? Vtrum iniustum est, hostē  
 hæreticum comprimere, ne viribus sumptis  
 contra Regnum exurgat, animas innocētum  
 perdat, & religionem Catholicam extirpet?  
 Si Elizabetha se iniustam non existimati dū  
 Principi Biernensi pecuniam, arma, militem,  
 & instrumenta bellica mari terraque sub-  
 mittit, tantō vt felicius regnum Galliaē infē-  
 festet, ac religionem Catholicam opprimat;  
 Quia videlicet Calvinistam & religionis suę  
 consortem, à se iuuari debere existimat: quo-  
 modo iniustum bellum ij gerere videbūtur;  
 qui integro regno Catholico succurrunt, ne  
 videlicet illud ab hæreticis opprimatur, ac  
 illa religio extirpetur, quā à mille & du-  
 centis annis Galliaē regnum fuit amplexatū?  
 Licebit Elizabethæ Tyranno hæretico, vt tam  
 Catholicum & nobile regnum euertat opi-  
 tulari: Principi autem Catholico illi succur-  
 rere, ac dextram porrigere, non licebit? imō  
 verò tantō laudabilior est Regis Catholici  
 zelus, quantō grauiora bella, hæctenus inter  
 potentissimos illos Reges Galliaē & Hispanię  
 flagrarunt.

Semi-



*Seminaria Anglicana in Angliæ regno ab  
Anglis excitata.*

CAPVT XIX.

**Q**uoniam Regina Elizabetha in edicto suo maximè in Seminaria, quæ in Gallia, Italia, & Hispania adolentes Catholicos Anglos alunt, qui patriam suam ad Sanctam nostram religionem reducere conantur inuehitur; & quoniam illa Papam & Regem Catholicum infimulat, quòd istis Seminarijs ad regnum Angliæ turbadum abuti mèritur; contraque illorum iuventutem, ac Sacerdotes, & Patres societatis Iesu, qui eos gubernant & docent, maledicentiæ suæ dentem acuit, machinas disponit, & furorem sæuitiamque suam demonstrat: operæpretium facturi videmur, si istorum Seminariorum rationes reddamus, ac quid in ijs fiat commemoremus, priusquam ad ipsius edicti mendacia, & poenarum tormentorumque diuersa genera, quæ contra homines innocentissimos, in Angliæ excogitantur accedamus.

Præsupponendo igitur omnia ea, quæ de Seminarijs Rhemensis & Romana, ac de illorum etiam fructu in libro tertio huius historiae retulimus; Sciendum est, Romanos nonnullos Pontifices, adolentes bonæ indolis ac in regnis Christianis natos, doctrina Catholica, & cæremonijs Romanæ Ecclesiæ imbuere consueuisse, vt deinde iidem ad sua reuerfi, quæ peregrè didicerunt, in compatriotas suos transfunderet. Certè de sancto Gregori



Ioan. Dia.  
conus li. 7.  
ca. 46.

98

Appendix sive Liber Quartus

gorio eius nominis primo, qui à Venerabili Beda, Angliæ Apostolus nominatur, eius in vita legimus, quòd suo sumptu in monasteriis iuvenes Anglos sustentarit: & Gregorius VII. de hac materia ad Olauum Noruegiæ Regem sequens breue exarauit.

Notum autè vobis esse volumus, quoniam desiderium nostrum est, si quomodo possemus ad vos aliquos de fratrib. mittere, qui fideles & docti esset, ad erudiendum vos in omni scientia & doctrina in Christo Iesu, vt secundum Euan-geliu & Apostolicam doctrinam deceter instructi, in nullo vacillantes essetis, sed radicati atq; fundati super stabile fundamentum, quod est Christus Iesus, abundantius atq; perfectius in virtute Dei cresceretis, & secundum operationem fructuum fidei, æterna retributione dignum redderetis. Quod quia nobis tum propter locum iniquitatem terrarum, & maximè propter ignotas linguas valde difficile est, rogamus vos si- cut & regi Danorum denunciauimus, vt de iunioribus & nobilib. terre vestre ad Apostolicam aulam mittatis, quatenus sub alis Apost. Petri & Pauli sacris ac diuinis legib. diligenter edocti, Apostolicæ sedis ad vos mandata referre non quasi ignoti sed cogniti, & quæ Christianæ religionis ordo postulauerit, apud vos non quasi rudes aut ignari, sed lingua ac scientia, moribusq; prudentes dignè Deo prædicare & efficaciter, ipso adiuuante, excolere valeant.

Horum duorum Gregoriorum, primi p. ta & VII. exemplum secutus Gregorius XIII. postquam Seminarium Anglicum Duaci incæpisset, ac illud postea Rhemos in Gallia transfulisset, Romæ etiam Seminarium proij-



dem Anglis instituit. Ad quod stabiliendū & confirmadū vigesimo tertio Aprilis An. 1569. qui fuit septimus sui Pontificatus, bullā expediuit, in qua huius Seminarij abs se instituti causas commemorans, ita inquit.

Quare cum quotidie non sine gravi animi nostri dolore, Sāctā Do. No. Iesu Christi spōsam diuersorum eius hostium conspiratione & violēto ex multis partibus incurfu oppugnari cernamus, antiquisq; hostibus infidelibus Turcis, Iudæis, nouosq; Hæreticos & Schismaticos nos accessisse, qui omni impietate & scelere imbuti, ac veluti aduersarij nostri furijs exagitati, in piæ matris exitium feruntur, quod officij nostri ratio à nobis ex postulat ad hominum impetus, quo maximè opus esse videmus vires nobis à Domino traditas opponimus, populosq; imbecillitati nostræ à diuina benignitate concreditos præsidijs cōtra hostiū oppugnationes paratis cōmunimus; Cumq; nullum firmius præsidium aut remedium certius inueniri possit, quam vt Regionum ab hac peste oppressarum iuuentus, cuius teneres animos facilè est ad virtutem flectere Catho. Rel. imbuāt, ab initio vsq; nostri Pont. operā dedimus, vt diuersarū nationū Collegia, nostris sumptibus in vrbe erigerētur. Quæ interea dum sedulò agimus ad Anglię regnū magnis quōdā opibus & Catholice Religionis studio florentissimū, nūc verò à terribili hæresis labe, quæ omnes ferè eius partes comprehendit, deuastatum pietatis oculos dirigentes, eiusq; calamitatē vt sæpè alios miseranter reperimus, Anglo

*Causa huius  
ius erectionis.*

*Greg I in  
duxit Anglorum nationem ad fidem Catholicam.*

rabili  
eius in  
asteri-  
gorius  
ia Re  
  
oniam  
stemus  
fideles  
sciētia  
i Euan-  
instru-  
cati ar-  
uod est  
ctius in  
eratio.  
lignum  
pter lo-  
r igno-  
vos si-  
t de in-  
ostoli-  
ost. Pe-  
igentes  
a refer-  
Christia-  
d vos nō  
cientia,  
icare &  
ualeant  
imi pu-  
us XIII.  
iaci in-  
Gallia  
proiss.





rum nationem ad Christi fidem à B. Gregor. Pont. conuersam, ex eo tempore singularem fidem, reuerentiam, atque obedientiam contra Ro. Pont. Sanctamq; sedem Apostolicam præstitisse, quæ etiam in tanta nostrorû temporum caligine, in aliquibus insignibus illi quidê, & illustribus viris refulsere, qui pro huius sedis dignitate & Orthodoxæ fidei veritate, vitas suas cum sanguine ponere non dubitarunt, versanturque quotidie ante oculos nostros, iuuenes ex illo miserrimo regno huc profugiêtes, qui diuino spiritu ducti patria, parentibus & bonis relictis, sese nobis ad Catholicæ religionis, in qua nati sunt institutionem suscipiendam miserabiliter offerunt, eo animo, vt salutem sibi primû comparant, deinde verò vt post adeptam diuinarum rerum scientiam in Angliã ad alios, qui à via veritatis declinarût, erudiendos reuertantur. Nos igitur Gregorij eius nominis primi pia in Anglos officia, eiusque erga illos bonitatem imitari cupientes, vt quemadmodum ipsi concessionis, sic, & nobis ab errorum reuocationis beneficium accepisse in Domino lætentur, ac propensam eorum erga sedem prædictam deuotionem adolescentium, item Catholicæ doctrinæ adipiscendæ studiû amplectentes, motu proprio & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad omnipotentis Dei laudê & fidei Catholicæ incrementum, dilectæque nobis nationis Anglicanæ commodum, & salutem in ædibus Hospitalis Anglorum de vrbe, vniuersi Collegium Anglicanum nuncupandum perpetuò erigimus & instituimus.

*Angli verò qui tunc erga Ro. Pont. obedientes & Cath. fuerunt, in haresim postea prolapsi sūt.*

*Hic igitur Pont. ad imitatione dicti Greg. I. pro dictorû Anglorum ab haresi reuocatione Collegium Anglicum in vrbe erigit.*

*Fructus*



Fructus autem Seminariorum istorum, quæ  
 Rhemensis, quæ Romani, ad eò copiosus fuit,  
 ut præter multos illorum filios, qui pro sancta  
 nostra fide in Angliæ regno sanguinem suum  
 profuderunt; hodierna etiam die plus quàm  
 trecenti Sacerdotes illud illuminent, cæcos  
 hæreticos illustrent, dubios confirment, &  
 sustentent, ac denique Catholicos consolentur,  
 & ad Dei gloriam ac honorem procurã-  
 d. m extimulent. Quod cum Regina intelli-  
 gat, nihil illa cum vniuerso suo consilio pe-  
 ius odit, quàm Seminariorum illorum Cle-  
 ricos, exercendo contra eos extremum furo-  
 rem ac immanitatem: quòd videlicet inquit,  
 alios externos hostes, etsi multi & potentes  
 sint, subditorum tantum corpora inuadere;  
 istos verò intellectus, voluntates, & animos  
 ita vincere sibi que subijcere, ut in ijs religi-  
 onem Catholicam, reuerentiam & obedi-  
 entiam Papalem plantent ac seminent. Quod  
 quidem illi omnibus calamitatibus calami-  
 tosus esse arbitrantur, quia videlicet vident  
 quòd religione mutata, regnorum etiam ad-  
 ministratio variatur. Atque ob hanc deinde  
 causam Catholicos regni sui ad eò barbaris &  
 crudelibus legibus persecuta est, qui solùm  
 vertere, ac patriam deserere cum multis no-  
 bilibus, opulentis, & primarijs, quæ viris, quæ  
 iuuenibus coacti sunt; ne videlicet proprijs  
 in domibus, aut vitam aut fidem amitterent.  
 Vnde cum ad tantam Anglicanorum adoles-  
 centum, qui quotidie ex patria sua profugiunt  
 multitudinem sustentandam, duo illa Semi-  
 naria, puta Rhemensis & Romanum, non suf-  
 ficerent,



ficerent; Philippus II. Rex Catholicus præter Eleemosynas, quas Seminario Rhemenfi hæctenus contulit, nullam aliam ob causam, quàm vt hic in Hispania securū & certū per fugiū haberent, aliud Seminariū Vallisoletæ Anno 1589. Deo aspirante, ac multis deuotissimis prælatis, ac Dominis opē suā porrigentibus, excitauit. Quod adeò felices progressus & augmēta habet, æquē vt copiosum ex eo fructum, atque vel ex Romano, vel Rhemenfi possimus expectare.

Præterquam, quòd iam quædam illius experimenta habeamus, dum videlicet nonnulli eius collegæ ac filij hodierno etiam die multa pro Christi fide in Anglia faciunt ac patiuntur. Quod quidem adeò magnum est, vt illo Ecclesia & ciuitas Hispalum permotæ adolescentes illos Anglicanos amplexari, domos illis assignare, Eleemosynas & sustentationem largiri incæperit. Quæ quidem etiam deinde charitas nouo Seminario Anglicano initium dedit, nempe in eadem illa nobilissima ciuitate, anno 1593. in ipsa Octaua gloriosi martyris S. Thomæ Cantuariensis, ac Angliæ primatis: præsentibus Cardinale, Archiepiscopo, multis nobilibus, Ecclesiasticis, Senatoribus, & præstantissima Ciuitatis primoribus atque Patricijs. Vnde omnino fateri debemus, Deum maximo beneficio nostram nationem affecisse, dum videlicet illius gratia assistente, externos recipit, exules amplexatur, ac pro fide Catholica patientes, in visceribus suis collocat ac sustentat: dumque



que operibus amicitiam ac bonam correspondentiam, quam duæ illæ nationes aliquando habuerunt, demonstrat: ostendens atque significans odium illud, quo Hispania Angliam prosequitur, non personas, sed hæreses concernere, neque ad omnes Anglos, sed tantum ad Iesu Christi hostes se extendere, qui illius fidem detestantur, Sacramenta execrantur, & vexillum contra Deum erexerunt. Et sequitur sanè in hoc Anglia, Regem ac Dominum suum, qui tanto cum affectu Seminaria illa amplexatur, tantaque cum benignitate illis amplexatur, ut non contentus Eleemosynis ijs succurrisse, ac multis alijs beneficijs ea affecisse, cum Vallisoleti anno 1592. ageret Seminaria illa Anglicana, cum propria sua, Serenissimæ infantis, & filiorum suorum persona, datis etiã literis voluit confirmare. Quin idipsum etiam Anglicanum Seminariũ Vallisoleti cum voluntate & autoritate Regis Catholici inchoatum, Clemens VIII. confirmare non dubitavit, qui primo Pontificatus sui anno, ad instantiam & petitionem eiusdem Regis, sequentem bullam expedivit.



## CLEMENS Papa VIII.

Quoniam presidium firmissimum nullum est, nec remedium efficacius contra eos, qui falsis suis erroribus ac dogmatibus Romanam Ecclesiam oppugnare satagunt, quam Prouinciarum heresi infectarum iuuentutem in religione Catholica instituere; quod videlicet adolescentium animi molles ac faciles, virtutem sibi impressam recipiunt ac seruant: Et considerans istud pie ac attentè carissimus noster in Christo filius, Philippus Rex Hispaniarum Catholicus, cuius excellentem benignitatem & liberalitatem, Rege Catholico absque dubio dignam, multi Anglicani exules adolescentes fuerunt experti, qui ex miserabili Angliæ regno (quod aliàs tantoperè floruit, erga fidem Catholicam deuotissimum fuit, nunc autem Hereseos grauissimo infortunio affligitur atque opprimitur) in Hispaniam transfugerunt, in ciuitate qua in Diocesi Valentia sita est, Collegium Anglicanum ad Dei omnipotentis gloriam & honorem, ac eorundem Anglorum receptaculum extraxit: qui pro fide Catholica suapte spontè dictum regnum deseruerunt, constituentes suo tempore in illud reuerti, & ad veritatis viam, gentiles suos miserrimè occæcatos reducere. Cumq; dictus Rex Catholicus singulis annis, certos redditus ad studiosorum aliorumq; hominum eo in Collegio viuentium assignet ac representet, nobis humiliter per dilectum filium, & nobilem Dominum Antonium Ducem de Sesa, & de Soma Legatum suum supplicauit, quatenus benignitate Apostolica

Anglicanum  
Collegium  
ad omnipotentis  
Dei gloriam & honorem à  
Philippo  
Rege Hispaniarum erectum est.



dicti Collegij erectionem ac institutionem dignari vellemus. Collaudantes itaque ipsum illud propositum ac opus Rege Philippo dignissimum, eius precibus inclinati, Apostolica autoritate, ac certa nostra scientia approbamus & confirmamus erectionem ac constitutionem dicti Collegij, ac omnia & singula, quae ex hac institutione sequentur: suppletentes omnes ac singulos defectus, tam facti quam iuris, qui fortasse possent interuenire.

Ecce tibi summorum Pontificum & Regis Catholici actiones. Ecce earundem intentionem, Ecce Bullas. Ecce Seminariorum excitatorum causas & rationes. Atque haec omnia non modo iure reprehendi non possunt, sed multis nominibus laudanda & commendanda sunt. Ut enim à Papa exordiamur, Ad quem Catholici Anglicani, vexati, afflicti, & desolati confugiendi, nisi ad caput Ecclesiae Catholicae? An non ad eum, qui secundum D. Hieronymum est communionis fidelium securissimus portus, & lapis Lydius falsam doctrinam à vera & adulterinum aurum ab Obrizo distinguens? Nunquid ad eum, qui primus Pastor & Episcopus nostrarum animarum, imò Vicarius vniuersalis Iesu Christi est? Nunquid ad eum, qui rationes sui officij, vocationem Spiritus sancti, & abundantiam caritatis, misericordiae, & compassionis maiori in copia accepit, qui que neminem fidelium, ex quacunque Christiani orbis parte aduentantem ut alienigenam depellit & auersatur? Nunquid ad eum, qui semper refugium & asylum fuit omnium Episcoporum persecutionem

Epist. 61.

tionem



tionem sustinentium, qui ad Sedem Apostolicam recurrerant, certissimum ab ea auxilium, solatium & refrigerium expectantes, quemadmodum Sanctus Cyprianus ad Cornelium, & Stephanum Papas. Athanasius ad Marcum & Iulium: Chrysostomus & Augustinus ad Innocentium: Basilius ad Liberium: Hieronymus ad Damasum: Theodoretus ad Leonem magnum; imò quemadmodum innumeri alij sancti viri sub alas & protectionem summorum Pontificum, pro tempore & necessitate sua confugerunt.

*Eusebius  
Casariensis  
Hist. lib. 4.  
cap. 29. de  
Dionysio  
Episcopo.*

Ad quem autem Angli exules propter fidem confugient, nisi ad eum, qui Angliæ Apostolis successit? ac eorum locum tenet, qui eandem fidem prædicauerunt, pro qua illi patiuntur? Ad quem inquam confugient, nisi ad eum, cuius sedes omnium afflictorum Christianorum asyllum, in necessitatibus constutorum refugium, & naufragantium, ac pro Christo patientium pactus fuit? Quod si ita est, quo ore, & qua fronte impudentissimi Calviniani Hæretici vituperare mihi audebunt & accusare, vel Anglicanos Catholicos, quod pessimè ab ijs tractati, vexati, habiti, & afflicti, ad Sedem Apostolicam, tanquam ad benignissimam matrem confugerunt: Aut quomodo Romanum Pontificem culpare, quod illos ceu delictos filios recepit, sustentat & amplexatur.

Quod si oculos ad Regem Catholicum conuertamus, quid calumniæ illæ in eum contor-



contortæ aliud sunt? quam eorum dicta, de quibus Propheta inquit, Sunt inter vos, qui bonum malum dicunt, & malum bonum, qui ex tenebris lucem faciunt. & ex luce tenebras?

Rex Catholicus PHILIPPVS, tanquam Rex verè Catholicus, pro fide Catholica patientibus succurrit: & tanquam potentissimus Monarcha, iuventutem nobilem, ingenuam, & afflictam sustentat: & denique tanquam misericors & benignus Oeconomus, fidelium suorum fratrum ærumnis, miserijs, & calamitatibus compatitur. Atque hoc factum non laude dignum, non prædicatione, non commendatione afficiendum nobis debet videri. Certè in omni memoria honorati, & à Christianis adiuti sustentatique fuerunt, qui pro CHRISTO passi sunt. Et idcirco Seuerus Sulpitius in sua Historia, scribens de sanctis Episcopis, qui propter fidem Catholicam à CONSTANTIO Arriano Imperatori præscripti fuerunt, hæc ait:

*Ceterum exulis satis constat totius orbis studijs celebratos, pecuniasq; eis in sumptum affatim congestas, legationibus quoque eos plebis Catholicae ex omnibus ferè prouincijs frequentatas.*

Lib. 2.

Ambrosius de iisdem sanctis Episcopis ait: *Epist. 27. ad Vercellenses*  
*discurrunt per vniuersum mundum, tanquam homines qui nihil habebant, ac omnia possidebant.*

Quem.



Quemcunque illi locum attigissent, pro Paradiso habebant: nunquam eos aliquid destituit, quia fide abundabant; imò alios etiam ditauerunt, quia etsi pecuniam non haberent, diuina tamen gratia affluebant.

---

*Heretici Anglicani Papam propter Anglorum Seminaria reprehendunt, Noui è contra Iaponia Christiani eidem pro Seminarijs in suo regno excitatis, gratias agunt.*

CAPVT XX.

**N**Vnc vt quod diximus clarius & manifestius adhuc euadat, Papam videlicet Catholicos Angliæ exules in Seminarijs Anglicanis fouëtem nequaquam regnum illud velle interturbare atque concutere, prout Elisabetha in edicto suo calumniatur, sed officij sui numeros ac partes implere desiderare: Alia Seminaria a Gregorio XIII. pro tota prouincijs excitata transeuntes duas hoc loco epistolas, duorum Iaponiæ Regum ad Sixtum V. recitabimus: in quibus illi inter cætera Sanctitati suæ gratias pro Eleemosynis agunt, quas ab illa acceperant pro Societatis Iesu Patribus & Seminarijs Iaponiæ sustentandis. Et cognoscemus nos sanè ex iisdem literis, quantum Anglicana impietas contra Sedem Apostolicam à deuotione & reuerentia duorum Christianorum Principum in Iaponiæ regno viuentium, differat ac discor-det. Adducemus autem illas eo fine, vt infelices Hæretici confundantur, & cæcitatem suam



suam deplorent, veri autem sanctæ Ecclesiæ filij consolationē accipiant, in Domino letētur, ac illi infinitas gratias pro benignissima protectione agant; tūm pro curā & solitudine religionem suam dilatandi, amplificādi, per omnia mūdi regna & prouincias propagandi, ac innumeras ouiculas miserè aberrantes ad sui amorem & cognitionem reducendi; vt ita cum reliquis congregentur, congregatę vnum ouile constituent, & sub vno Pastore Iesu Christo viuant ac maneant. Certē omnes Dei seruos, qui pro sancta Ecclesia persecutionem patiūtur maximo gaudio & lætitia perfundi necessum est, cū cogitant Deum nostra ætate & memoria sanctā & Apostolicam fidem per tot ac tam remota & longē diffusa regna propagasse. Vnde etsi altera manu nos cædat & castiget, altera tamen ē vestigio sanat, ac blanditur; & hæreticorum quas patimur iacturas copiosa gentilitatis acquisitione & saluatione recompensat. Huic laus & sempiterna gloria pro insigni illo beneficio, quo Ecclesiam suam affecit, Nunc duorum Regum epistolas, hanc veritatem nobis manifestantes, ascribamus.

Litteræ Don Protasij Regis Arimę  
ad Sanctis. Sixtum V.

Sanctissime Pater & inter omnes Christianos  
supreme.

**D**ecima sexta luna sexta, qua fuit 21. Iulij  
anni presentis 90. huc appulit P. Visi-  
sator



ator Societatis Iesu, cum Cingilia Don Michaeli cognato meo: Don Mancio, & ceteris, socijs, qui à me Romam fuerunt missi, ut pedibus Sanctitatis vestrae capita sua submitterent. quorum aduentu ita exhilaratus sum, ac si mihi mille autumni aduenissent, & decem annorum vita mea accessissent. Narravit Don Michael quo honore & fauore à Vestra Sanct. Rege Philippo & alijs Principibus Christianis exceptus fuerit, cuius ergo gratias ago, quas nec penna nec charta explicem.

Reddidit etiam literas, quibus B. V. me dignata est, eoq; fauore prosequuta, ceteris ut Regibus Christianis annumerarit. Detulit praeterea sacri ligni verae crucis partem, gladium, & galerum, qua Vestra Sanctitas solita est ad Reges & Principes destinare. Qui fauor & studia talia sunt, tantiq; à me aestimantur, ut statuerim aeterna memoria consecrare, & inter praecipuos thesauros ornamentaq; & monumenta posterorum meorum referre. Estq; hic in me collatus honor eiusmodi, ut maior esse non possit in hac vita, & in bonam vitam futuram reducat.

Constitueram iuxta praescriptum à Vestra Sanct. in suis ordinem, utq; fauor & beneficia tam magna mihi delata merebantur, apparatu & celebritate qua potest, omni in regno maxima praedicta munera excipere: sed habendam esse rationem tyrannidis & summi odij, quo Quabacondono, Iaponiae vniuersae dominus tres totos annos Patres & Christianos persequitur, indicauit P. Visitator: tam diuq; hoc festum



festum differendum, dum Meaco reuertatur: quo Proregis India nomine cum legatione visitaturus, Quabacondono profectus est; Ne si preuenirem, hoc meo in regno, noua alicuius commotionis & indignationis Quabacondono materiam daret. Quare hucusque non potui ardens meum desiderium exequi, vt precipuo cum honore donata reciperem. Verum vbi redierit P. Visitator quam humillime excipiam, & incredibili cum voluptate, pia onera vertici inquam. Intellexi denique magna illa adiumenta, qua Sanct. Vestr. liberaliter in Patrum, Seminariorum, Ecclesiarum subsidium contulit, qua nos adeo recrearunt & refecerunt, vt prae gaudio corda nostra saliant, nec enim ignari sumus augenda plurimum haec noua Christianismi in Iapone germina, quae tam fidelibus oculis Sanctitas vestra intuetur & fouet; vnde infinitas gratias ago Sanct. Vestr. confidens futurum hinc, vt in Iaponia regnis latissima Sanct. lex nostra excrescat. Haec maxima religionis euertenda tempestas, quam Quabacondono excitauit, molesta nobis omnibus non parum fuit & laboriosa, me vero maxime exercuit, qui prae ter edictum & Imperium, precipuum Patrum numerum ad me recepi, & regno meo conclusi, in quo adhuc num haerent, exponens me manifestissimo periculo & status mei ruina ac euersioni, sed cum PATRIBVS ora declinanda alia non est via, & famuli Dei constituisent omnes in Iapone vitam deponere, neque vlla ratione deserere, quos fidei pepererant Christianos, visum est ratione conforme,

vt me



vt me meq; omnia pro Dei mei obsequio discrimini subijcerē: qui paterna sua prouidentia, non modò me hucusq; è periculo eruit sed etiā auxit erexitq; plurimū, eum eodē tempore, ex ethnicis & gentilis superstitionis perierint perierint multi; qui rerum euentus Christianis Iaponia fidem & in Deum spem auxerunt. Confidimus omnes P. Visitatoris ad Quabacondono iter susceptum finem impositurum oppugnationi & Christianorum persecutiōni, quæ vt hucusque tyrannum Christi exercitatio fuit quadam, ita spe adducor vt credam incremento ingenti ad augendam in Iaponia in Christum fidem. Cum verò sciam quòd cetera ex P. Visitatore S. V. resciscet, finem faciam, caput meum B. V. Sanctissimis pedibus submittens, hacq; scribo ea reuerentia & animi demissione, quæ S. V. debetur. Anno IX. Dell' Eradicta Tenscio, decimo octauo luna, quæ est 12. Septembris Anno 1590.

Aduolutus pedibus Sancti V.

Arimano, Scurino, Daibu Don  
Protasius.

Interior verò titulus.

Magno & Sanctiss. Papæ Sixto V. qui in terra Regis cæli locum tenet, Don Protasius Rex Arimæ magna cum reuerentia has offert.

LITTERA



## Litteræ Don Sancij Domini de Omura ad Sanctitatem Xisti V.

Sanctissime Pater.

**H**oc Anno 1590. ad nos redijt cum socijs Cingua Don Michael, Regi Don Protasio & mihi cognatus, qui eiusdem Regis de Arima & Patris mei Don Bartholomæi nomine, annis præteritis cum Patre Visitatore Societatis Iesu, hinc abierat præstitutum obedientiam S. Vestra, cuius regressu extrema consolatione affecti sumus, auditis fauore & honoribus, quibus & ipsa cū prosequuta est, & eius consilio & voluntate Reges ceteri & Christiani Principes, intellecta etiam cura paterna, qua B. V. veluti Iesu Christi Domini nostri in terra Vicarius, & omnium Ecclesiarum caput, Christianos lapomatuetur & protegit, perspecto præterea auri subsidio, quod Patribus Societatis contribuit, ut sese & Seminaria alant, multosq; alios sumptus quos in Iapone faciunt, releuent. Quibus ex rebus omnes exhilarati sumus vt par huic non videatur esse posse exultatio: simulq; noua quadã luce perfusi sumus, & veritatis ac charitatis Christiana notitia. Quas ob causas, quod ad me attinet, infinitas gratias Sanct. Vest. & quas habere vellem maiores, nec charta, nec penna comprehendam. At cum Don Bartholomæus Pater meus vir a funditus sit, illi successi, S. V. deuinctus & obstrictus perpetuò ob S. Crucis lignum & gladium, quæ per Don Michaelẽ ad Patrem destinauerat, quæ munera maioris facio thesaurò maximo, quem vel ipse vel posteri mei acquirant;

b

rant;



rant, asseruabimusq; instar profundi pelagi & magni cumuli beneficiorum, à Sanctiss. V. manu, eiusq; opera à caelo ipso acceptorum. Verùm mota à Quabacondono, yniuersa Iaponia Domino, persecutio, qua Patres & harum partiū Christianos afflixit, opportunitatem hactenus omnem ademit ea celebritate & festo, quibus par erat, praedicta munera suscipiendi: visumq; Patri Visitatori & mihi tantisper differre, dum dictus Pater redeat, qui iam in iter se dedit visitaturus Proregis nomine, cum legatione & muneribus Quabacondono, cuius profectioe speramus Christianis pacem restituendam, cum hac legatione non nihil sedatus videatur; sed cum ea qua in Domini nostri obsequium & Patrum bonum (quorum partem magnam in meas terras recepi, me meaq; omnia periculo exponens) & cetera quae persecutionis tempore acciderunt V. S. ex Patrum litteris intellectura sit, finem faciam, quā humillimè pedes Sanctitatis V. capiti meo injiciens, & Sanctissimam benedictionem Vestram postulans, scribo praesentes magna cum reuerentia & humilitate B. V. debita, ix. Anno del Era duta Tenscio, decimo octaua luna, qui est 22. Septembr. 1590.

*Elevatis manibus & summa cum Reuerentia  
has litteras pedibus S. V. offero.*

Omura Scim Paciro Nobu Ache Don  
Sancio.

Interior verò titulus.

Offero praesentes magno & Sanctiss. Papae Sixto V. quem humilime vt Dei Vicarium veneror.

Habes hic Christiane lector Regum Iaponiorum



niorum Epistolas. Nunc vt institueramus de Seminarijs Anglicanis materiam continuemus; siquidem illa sedes Apostolica, Rex Catholicus, cum alijs Principibus & Dominis amplexatur, qui suis eleemosynis eorū Collegas in spem Martyrij educant.

*Qui Seminaria ingrediuntur, iuramento se obstringunt, ac postea incertis rebus occupantur.*

*Eorum requisita.*

CAPVT XXI.

**A**D Seminaria ista quæ modo diximus nõ omnes Angli indifferēter admittuntur, sed ij tantum, qui ad finem illorū consequēdum aptiores esse videntur. Atq; hi plerumq; mediæ ætatis sunt, virtutibus præditi, præclarissimi ingenij, ac bonæ indolis. Inter hos sunt multi nobiles, equitum filij & magnatum, regni primorum ac procerum: qui manu Dei tacti, ab illius spiritu ducti, & gratia extimulati, domos, Parentes & cognatos, omniaq; quæ inter suos habere poterant relinquunt, ne fidei Catholicæ iacturam faciant, & periculū adeant eam amittendi. Adueniunt etiā nonnunquā homines docti, & in literis exercitati, vt scientijs melius imbuti, & virtutibus quibuscunq; instructi, in patriā suā redeant, & ex terra tā inculta & neglecta ante zizanijs extirpatis, religionis Catholicæ doctrinā seminēt. Omnes isti, vbi per aliquot dies examinati probatiq; fuerint, tandē admittuntur, & solenni iuramento Deo facto, spondēt se totos eius seruitio inuigilatos, suo tēpore sacros ordines accepturos, & in Angliā reuersuros esse. Iuramenti vero forma talis est.

h 2

Iura-



Iuramentum quod Anglicanorum Seminariorum alumni præstant.

**E**GO N. N. huius Anglicani Collegij alumnus, considerans quantis me Deus beneficijs affecerit, tunc autem præsertim, quando ex Patria mea ab heresi adeo nunc afflictæ eduxit, ac me Ecclesiæ Catholicæ mēbrum affecit; simulq̃ tam immensam Dei misericordiam grato animo prosequi volens, totum me illius Diuino seruitio, in quantum possum, ad huius Collegij finē adimplendum offerre constitui. Promitto igitur & coram omnipotente Deo iuro, paratum me ex animo esse, si diuina illius gratia me adiuuauerit, Sacros ordines suo tempore recipere, & in Angliam reuerti, illic ut animas gentilium & proximorum conuertam, quoties & quando huius Collegij Superiori, instituto suo conformē esse videbitur, Domino mihi illud imperante. Arque hoc est Anglicanorum Seminaristarum iuramentum.

Eo tempore, quo Anglicani illi Collegæ in Seminario viuunt, Romæ, Vallisoleti & Hispalis pro superioribus habent Patres Societatis Iesu, quibus magna cum exactiōe obediunt. Habent regulas suas & statuta, quæ accuratè admodum seruant: habent toto die certas & constitutas horas, quas virtutum & literarum exercitijs impendunt, ita ut à primo diluculo ad crepusculum vespertinum vsque, otiosum tempus non habeant. Exercentur autem in ijs ferè rebus, quæ animarū suarum profectum & perfectionem concernunt, tum quæ eos scientijs imbuunt, admodum



dum reuera necessarijs, vt Hæreticos obstinatos in veritatis viam reducant. Vacant ergo orationi vocali & mentali, Missas cum deuotione quotidie dicunt & audiunt, horas suas, Rosaria, & litteras recitant. Examen conscientia, lectionem rerum sacrarum ad mensam, confessionem, hebdomadariam communionem, rerum ad finem suum ducentium ac mediorem eò pertrahentium auditionem solennem habent. Neque verò minori cum cura in omni literarum genere, qua humanarum, qua diuinarum in lingua Latina, Græca, & Hebræa, in omnibus Philosophiæ partibus naturalis & moralis, in sacra Scriptura, in Theologia Ecclesiastica, ac præcipuè in materijs controuersis, quas Hæretici Anglicani suis erroribus obscurant, exercentur; quo ita veritate Sanctæ Catholicæ fidei melius perspecta & armati, raris hæreticorum argumentis facilius respondeant, ac illos confundant. Et ob hanc causam frequentes lectiones, repetitiones, collationes, disputationes, conclusiones, omniaque alia literaria exercitia alicuius fructus & emolumentum apud illos sunt. Et laudandus est reuera Deus, quod alumnos istos tantoperè in omni virtutum ac scientiarum genere proficere conspiciamus, siquidem finis & scopus, ad quem illorum studia collimant, Deus est, qui deinde illos ipsos iuuat & prouehit.

Iam cum superioribus Anglicanorū istorum Collegiorum, nonnulli robusti, & ad negotium tam difficile & arduum esse videntur, maturiores & ætate prouectiores seligunt.

h 3

Quam-



Quamuis autem omnes pro nostra fide mori desiderant, attamen quod omnes desiderant, id non omnibus continuo datur, sed tempus suum expectare coguntur. Interea autem aptiores dimittunt, reliquis sancta quadam invidia ac emulatione flagrantibus, Deum pro illis obsecrantibus, & cum lachrymis ac gemitibus dulcissimos suos fratres deserentibus, non quia ad tormenta & mortem in Anglia crudeliter oppetendam proficiscuntur, sed quia illos sequi non possunt, ac una suppliciorum suorum coronas & triumphos recipere est vestigio non merentur.

*Animus & modus, quo Anglicani alumni in Patriam suam reuertuntur.*

CAPVT XXII.

**A**nimus ac spiritus ille, cum quo fortes isti milites & athletæ Dei, ad tam exitium, & periculosum facinus proficiscuntur, admirabilis prorsus est, & non nisi à Dei manu profecta. Nam quomodo absque illa possibile foret, tot nobiles adolescètes domi sue lautè educatos, tanto cum animo & robore, inhorribile infinitorum periculorum mare, atque in syluam immanissimis bestiis plenam intrare, scientes se ab illis lacerandos esse, nisi à Deo miraculosè ex illorum unguibus rapiantur.

Vt autem zelus iste & feruor, quem Anglicanorum Seminariorum alumni habent pro Deo moriendum ut etiam gaudium cum quo in Patriam suam sanguinem pro fide Catholica effusuri, reuertuntur, intelligatur: apponam huic loco verba ex illorum numero cuiuspiam, quæ latina lingua Anno 1591. ad Sanctitatem

*Anglicani filij, Romam iamiam discessuri, affectum & animum erga Catholicam Religionem demonstrant.*



ſtatutem Clementis Octavi dixit, quando octo ex Seminario Romano eius benedictione accepturi Anglico itineri ſe accingebant.

Profiſciſcitur (inquit) Beatiffime pater, in Angliam, quæ noſtra patria eſt, & quæ aliquando vera & obedientiffima Eccleſiæ Romanæ filia, nunc autem eiufdem capitalis hoſtis, & crudeliſſima aduerſaria eſt. Profiſciſcitur ad ferarum ſtabula, & ad errorum ac hæreſum ſyluam, quæ alias ſanctitatis & religionis pulcherrimum viridarium fuit. Profiſciſcitur in Angliam, quæ miſerabilis eſt quod deſolatur, miſerabilior quod perditione ſuam non agnoſcit, miſerrima, quod illa cognita ſe non emendat; quodque cum perverſa & diabolica abſtinatione ſe iactat, nobis miſeriam ſuam prædicat, & quamvis illa nos execretur, ac licet ſuos filios proditores appellet, ac mortes & tormenta ut talibus minetur, nos tamen eam agnoſcimus, amamus, & tanquam dilectiſſimam noſtram matrem amplexamur. Si enim impietas illa in amore naturalem extinxit, ita ut legitimis ſuis filiis mortem machinari non vereatur: iuſtum eſt pietatem & amorem diuinum, nos excitare & accendere, ut illorum vitam & ſalutem procuremus, tametsi id non abſque noſtræ vitæ iactura fieri oporteat. Profiſciſcitur, diuino fauente auxilio, vel Catholicam religionem in Anglia reſtauraturi, vel pro eadem, ac pro veſtræ Sanctitatis authoritate, ſi id meremur, vitam profuſuri, profiſciſcitur ad certa pericula cum incerta ſpe, quippe qui ignoramus, quid Deus facere conſtituerit; verum quicquid ille



*Extremum  
vale dicunt  
Angli & be-  
nedictionem  
à Summo  
Pontifici ex-  
poscunt.*

constituerit, nos saltem proficiscimur, Sanctitatis Vestrae benedictioni confidentes, quæ nobis in itinere Dux, in periculis salus, & in tormentis refrigerium ac solatium erit. Hæc benedictionem humiliter à Vestra Sanctitate petimus, & quoniam sancta ista Sedes tanta cum caritate exules nos & proscriptos sustentauit: nunc etiam, dum in Patriam reuertimur, sua nos benedictione muniat & comiteretur. Neque verò pro nobis tantùm benedictionem istam petimus, sed cum quanta possumus instantia Sanctitati Vestrae supplicamus, quatenus infelicis nostræ Patriæ memor de illa iuuanda cogitare non cesset. Per hanc vestram dextram, Sanctissimæ Pater, quæ diuinæ clementiæ instrumentum est, per flammam diuini amoris, qui in pectore vestrae Sanctitatis ardet, per benignitatem illam, quam Redemptor noster Christus tãquam Vicario suo dedit, ergo animas vniuersas, quas sanguine suo redemit, Beatissimis Vestris pedibus aduoluti, petimus, rogamus, & supplicamus, quatenus Angliæ succurrat, & manum porrigat, tametsi illam nec petat, nec mereatur imò repugnet, & contradicat. Dei proprium est dona sua & benedictiones in gratis conferre. Plus potest Vestrae Sanctitatis voluntas, quam nos cogitare possimus; imò sciunt vniuersi, non minus cum pietate & voluntate, quàm cum authoritate & dignitate Sanctitatem Vestram cœlo proximam esse. Nos debiles & infirmi contra innumerabile & crudelissimum Amalechitarum exercitum proficiscimur: Vestra autem Sanctitas tanquam



quam verus Moyſes in ſancto iſto monte manus ad cælum attollens, nobis robur ad pug-  
nandum, & gratiam ad vincendum poteſt  
impetrare. Quod ſi nonnunquam manus ne-  
gotiorum grauitate & pondere deprimatur,  
non deerunt qui ſuis orationibus, velut qui-  
dam Aaronis & Hur vatigatas ſuſtentet; Quo  
nimirum nos interea arma ſpiritualia fortiter  
mouere & victoriam ab hoſtibus noſtris re-  
portare valeamus. Vtinam, Pater Beatiffime  
(dicam enim quod ſentio) vtinam inquam mi-  
hi ea felicitas contingeret, vt pro Domino  
meo Ieſu Chriſto, pro patria, pro ſancta iſta  
Sede Apottolica, & pro confeſſione Apoſto-  
lica fidei mortem mihi oppetere liceret. O fe-  
licem diem, qua moriendo viuere inciperem!  
O quam glorioſum Sanctitati Veſtræ foret, ſi  
mei ſodales de hoſte triumpharent! O feli-  
cem & diuinum Pontificatum V. S. ſi ſub illo  
Anglia reſipiſceret, ſi oues erroneæ ad ſuum  
paſtorem reuenterentur, ſi ſceptrum & coro-  
na illius regni ad pedes iſtos deponerentur,  
quos ego iam humiliter oſculor, ſi fides &  
pietas, quæ ſub Clemente VII. in Anglia ex-  
ſpirauit, nunc denuò ſub Clemente VIII.  
cælo ac terra congratulantibus, reſtoreſce-  
ret?

Hæc verba cum Adoleſcens Anglus, ſum-  
mo cum affectu protuliſſet, multi que ex a-  
ſtantibus illachrymarentur, ipſe Papa non  
parum etiam commotus ei hoc modo reſpō-  
dit: non abſque inuidia (vt ita loquar) Deus  
vos ad facinus tam eximium elegit, vt vide-  
licet in ſua vinea, hoc eſt in veſtra Patria, pro-

h 5 pè cum



pè cum certissima Martyrij spe labores. Nos certè felicissimos nos arbitraremur, si vobis associari, si vobiscum mori, ac vestrę felicitatis & coronę participes fieri mereremur. Quod quia facere non possumus propter totius Ecclesię gubernacula & administrationem nobis commissam, & quia nõ meremur in vestra patria Sanguinem profunderè, quę aliàs sanctam hanc sedem maxima deuotione fuit profecuta: comitabimur vos certè desiderio ac Orationibus nostris, orantes Dominum, vt spiritum, quem cordibus nostris indidit, conseruare dignetur. Vos autem allaborate, vt feruor ac pietas illa, quam Deus in animabus vestris accendit, cum virtutibus & sanctis operibus crescat, quousque ad finem perseueret, cui soli corona & Brauium decernitur. His dictis, Summus Pontifex ad aliam partem cõuersus copiosè illachrymatus est. Atque vt constet Seminaris tam illum Anglię Franciscus Monford appellatum, eaque ad Sanctitatem suam dixit, ex intimo cordis sui penetranti depromsisse, necdum sex mensibus completis à profecutione Romana, constanter pro Domino in Anglia Martyrium perpeffus est.



Quomodo alumni illi in Angliam reuertantur,  
& quid illic agant.

## CAPVT XXIII.

**H**Oc ergo animo fortes illi Dei pugiles in Angliam reuertuntur. Hic eorum scopus, & hoc intentum est. Redeunt ergo simulato habitu, puta propter legum Anglicanarum contra illos latorum rigorem, & strictissimam executionem; propter exploratores, coryceos, & emissarios Regine satellites; aded vt non nisi dissimulato habitu, modò militè, modò mercatorè, modò nautà, aut aliud vitæ genus mētientes regnum istud ingrediantur. Ne videlicet in manus Hæreticorum cadant, suamq; & aliorum Catholicorum, apud quos diuertunt, vitam prodigant, ac in præsentissimum periculum adducant. Et docuit hoc illos Sanctus Eusebius Episcopus Samosatenus, qui temporibus Imperatoris Constantij Arriani, *Martyrolog. Rom. a. 21. Iunij.* militari habitu ac veste Ecclesias Catholicorum visitabat, confirmabat, & instruebat, quique ad extremum glorioso pro fide Christiana tolerato Martyrio vitam consummauit.

Inter cæteras autè cautelas quæ in Angliam profecturis solent proponi, illa propè præcipua est, vt nimirum politico regimini se nõ ingerant, siue id benè, siue malè administretur, ne videlicet Hæreticis occasio calumniandi præbeatur & dicendi, illos proditores ac perduelles esse, & idcirco supplicio affici

affici



affici ac de medio tolli. Occupabunt te autē potius circa proximum, laborabunt ut sua vita ac exemplo illum edificent, ut ignorantes doceant, debiles confortent, robustos sustentent, lapsos erigant, hæreticos confundant, & Catholicorum afflictas animas consolentur: demonstrando Deum barbara & crudeli illa persecutione eos probare: in virtutibus confirmare, ac tandem excellentiore gloria ijs velle donare, quantum maioribus & acerbioribus malis fuerint afflicti; tum ostendendo tempestates illas breui cessaturas, eundemque Dominum qui eas permittit, vires ac robur illas sufferendi esse impertiturum. Et quoniam illi primi in pericula se coniiciunt, primi tormentis subiiciuntur, primi furcis appenduntur, ac gladios & secures cruentant, hinc eorum verba mirabili cum energia fidelium cordibus imprimuntur. Concionantur in publico, cum possunt; cum non possunt, in oratorijs secretis, admonentes auditorem ac spiritualibus opulis reficientem, ne terrore persecutionum examinati fiduciam in Deum perdant. Legunt ijs Missarum sacrificia, confessiones excipiunt, sacram Synaxin præbent, benedictiones suas impertiunt, dubia eorum solvunt, & si quæ lites ac controuersæ sunt, placidè componunt; Catholicis tanto amore illos prosequentibus, omnia ut ista eorum arbitrio potestatibus permittant. Quod si etiam diuina gratia hæreticorum corda illuminentur, ita ut veritatem agnoscant (quod sæpè & magno numero contingit) tum verò isti illos docent, in religionis negotijs instruunt,



unt, fide Catholica, Apostolica & Romana imbuunt; vt ex seruis & mancipijs Sathanæ ( Spiritu Sancto fauente ) filij Dei efficiantur, & corpori mystico Iesu Christi, quod est sancta Ecclesia, velut quædam membra incorporentur.

Atq; hæc nunc Seminaria illa Anglicana sunt, in Gallia, Italia, & Hispania excitata. Hic finis & scopus est, ad quæ Papa, Rex Catholicus, & omnes boni, ac illorum fautores collimant. Hæc requisita alumnorum: hoc iuramentum, quod præstant: Hæc exercitia, quibus tam in suis collegijs, quam postea in Anglia vacant. Cum hoc animo Patriam suam repetunt; cum hac cautela & prudentia, inter gentiles viuunt; hunc fructum adferunt & consequuntur. Hoc illud bellum est, quod pauculi, & vt videtur infirmi Sacerdotes contra peccatum, hæresin, & infernum gerunt, cum tanta turbatione Reginae ac suorum ministrorum, vt perterrefacti & exanimati vndique media conquirant, ijs vt resistere possint: quibus non repertis, ad tormenta confugiunt, ac suis supplicijs eos se coercere posse cõfidunt. Videamus proinde iam nunc, quid contra veritatem tam certam & indubitatam, Regina in suo edicto adferat & mentiatur.

Primò comminiscitur, Regem Catholicum Angliam pessundaturum ac turbaturum, Papæ potestate abusum, cum nonnullis suorum subditorum, hominibus sordidis & desperatis conuenisse, quatenus multitudinem adolescentum dissoluturum colligerent, qui par-

tiam



tim rei domesticæ angustius, partim scelerû patratorum grauitate impulsî, ex patria profugerunt, & regni Anglicani proditores, ac perduelles effecti sunt: vt deinde isti in seminarijs ea edocti, quibus Angliæ regnum penitus subuertere valeant, ac postea ad suos reuersi Regiæ subditis persuadeant, quatenus iugo excusso debitam obedientiam deserant: concitâtes illis nescio quam spem de opibus & diuitijs acquirendis, si Hispanus in Angliâ perrumpat. Cui quidem calumniæ aliud mendacium adiungunt, dicentes eos iuramentum præstare, quòd Reginam oppugnare, Regem autem Catholicum adiuuare vellēt. Ad quod vt facilius pertrahantur, cœlum ijs, si pareat appromittitur, sin verò quòd iniungitur non exequantur, tum verò virtute nonnullarum Papalium bullarum inferni minas illis iactant

Habes hic edicti sensum, imò tor mendacia & falsitates, quot verba. Vnde ipse beneuolus & attentus lector facilè per se intelliget, perditî ac desperati huius populi calumnias, qui quod ipse est, hoc omnes cæteros mortales esse arbitrâtur. Et quoniam nobis minimè cõstitutum est, vanitates illas refutare, neque per partes singulas examinare; hoc mihi tantum attentus lector cõsideret, quomodo sub nomine Regiæ alicuius, res adeo falsæ, putidæ & absurdæ imprimantur, cùm præsertim ipsum vulgus ab hæreticis odio præstrictis excogitatas illas esse animaduertat.



Edicti crudelitas contra Seminaristas &  
Iesuitas.

CAPVT XXIV.

**H**is tam barbaris, & inhumanis edictis superioribus annis à Regina cōtra Sacerdotes Seminariorum & Iesuitas promulgatis: quæ omnia Tyrannorum scita & leges, iam inde à Christo nato cōtra Ecclesiam Catholicam rogatas vincunt & superant, Elizabetha alias adhuc rationes adiungit, quibus Catholici & Sacerdotes perquisiti ac inuestigati, elabi non possint. Non contenti enim iudices, tribunalia, & fora ordinaria per totū regnum assignasse, ac innumerabilem licitorum, exploratorum, & Carnificum multitudinem instituisse: insuper in isto edicto mādatur, vt in qualibet Prouincia & Comitatu (quorum ferè quadraginta regnum illud habet) Commissarij particulares deputentur, qui summa cum diligētia & astutia istiusmodi Sacerdotes perquirant, inuestigent, & cōprehendant. Neque tantū in qualibet prouincia istiusmodi Commissarij instituti ac deputati sunt, verū etiam in omnibus ciuitatibus, oppidis, pagis, & parochijs singularū prouinciarum homines quidam designati sūt qui magna cum vigilantia inquisitioni isti incumbant, & commissionis suæ terminos inter se diuidant, ac partiātur. Hi deinde singulis saltem quadraginta diebus conuenient, de ijs quæ facta sunt, vel quæ fieri debent collaturi. Quod si ex suspectorum numero aliquis se absentauerit, id verò illi secretò Commissarijs aliarum Prouinciarum indicabunt

*Elizabetha  
studiosa in-  
quisitio.*



bunt, eum vt prosequantur, & captum ad le remittant. Traditur adhuc in illa instructione forma, Catholicos interrogandi & examinandi; iubentur Commissarij singulis tribus mensibus ad Reginam & consilium omnia, quæ acciderint perscribere: omnes reliquos Commissarios, qui videbuntur, substituere, vt in illorum nomine cum amplissima potestate, super vniuersos, nobiles & Dominos regni proceres & ministros, Reginae aulicos & cuiuscunque dignitatis viros, nihil non facere decernereque possint. Iniungitur deinde omnibus per vniuersum regnum Patribusfamilias sub grauissima poena, ac illius executione, vt qui à quatuordecim mensibus domos suas frequentauerunt, in ijs biberunt, comederunt, aut dormiuerunt hos illi confestim examinent, reperta in libros referant, relata conseruent, ac denique conseruata commissarijs suis exhibeant. Quod si illorū, aliquis ad interrogata titubauerit, vel minus expedite responderit, is confestim comprehensus cum bona custodia dictis Commissarijs transmittetur. Nec verò minus & à Patribusfamilias poenæ exigetur, si in examinando, in annotando, & libros suos monstrando, negligentiores fuisse comperiantur. Jam qui Sacerdotibus fauerit, vel eos non detexerit, is eo modo plectetur, quo proditorum & perduellium receptores puniri consueuerunt. Adduntur autem barbaro & crudeli huic mandato duæ potissimum res, quæ illud summè terribile, Catholicorum autè Anglicanorum conditionem extremè miseram

*Dupliciter  
agere in hoc  
mandato  
Regina iudices statu-  
unt.*



ram & calamitosam faciūt. Altera est, quòd per huius edicti occasionem, scurris, nepotibus, Canoedis, & quibuslibet alijs perditis & profligatis hominibus conceditur, Catholicos vi abripere, ad tribunalia & carceres pertrahere, vexare, & molestare. Et contingit sanè non infrequenter, homines vt facinorosi, fures, homicidæ, falsarij, Reip. turbatores, & publicis notis infames poenis & supplicijs, quæ illos manent, se subtracturi, Catholicum aliquem accusent, sicque non modo non accusentur, sed præmia etiam & mercedem reportent. Altera res est, quia adulatio, & Principibus placendi desiderium communissimum potentissimumque est; & quia Regina cum præcipuis suis ministris adeò manifestè, tantaque cum vehementia odium suum erga nostram religionem, ac Dei Sacerdotes, qui illam in regno suo tradunt, & docent, conceptum declarauit, dici nõ potest, quantum nunc hominum in Anglia reperiat, qui Reginæ suæ adulaturi, edictum contra Catholicos latum exequi illos explorare, inuestigare, & perquirere non vereantur: credentes eo se modo pro fidelibus seruis habitos, & vt tales præmio ac mercede affectos iri. Neq; verò Plebæi tantum & vulgares homines istud factitant, sed reperti etiam sunt quandoque regni Anglicani proceres, qui quanta poterant diligentia Seminaristam, Iesuitam, aut alium quemuis Catholicum hominem, apud quem illi diuerterant omnibus in angulis quærere, odorari, & inuestigare honorificum sibi duxerunt. Vnde

*Dupliciter  
agere in hoc  
mandato  
Regina in-  
dices statu-  
unt.*

i

præ:



Vnde præclare intelligitur odium illud, quo hodiè Angli veram & sanctam Romanæ Ecclesiæ religionem prosequuntur; quodque hæresis, homines quantumvis etiam nobiles & illustres, sordidos, plebeios, ac illiberales efficiat.

At dicet mihi hoc loco aliquis, quæ hic Reginâ in edicto suo cõtra Seminaristas & Iesuitas promulgat, voces tantùm ac verba esse, quorû rationem habere non oporteat. Dicit edictorum suorum rigorem, nouorum Commissariorum institutionem, & tot exploratorum, ac ministrorum multitudinem commemorari, potius vt Catholicos perterrefaciant, quàm ad eò crudeliter & inhumaniter tractèt. Cui ego respondeo, furorem & crudelitatem Reginæ tantam esse, vt omni se humanitate, ac muliebri mollitiæ exuisse, contraque belluinam feritatem induisse videatur: Quippè quæ ad eò barbara, atrocia, & truculenta, contra innocètes subditos & peregrinos designare non veretur. Videntur namq; contra, Sacerdotes istos omnes se Diaboli, ac illorum ministri hæretici armasse, cunctaque suppliciorum, tormentorum, & pœnarum infernalium genera in hunc mundum inuexisse. Manent ergo Sacerdotes istos carceres, compedes, catenæ, vincula, fideiule, ac omnia alia instrumenta, quibus homines flagitiosi torqueri solent & excarnificari. Hos fames, sitis, nuditas, ignis, gelu, æstus, frigus, & quælibet aliæ ærumnæ præstolantur. Contra hos Reginæ ministri sæuiunt, cõcionatores expulpitis clamant, Episcopi explorat-



ploratores mittunt, iudices sententiam ferunt, satellites exequuntur, totusque adeo populus conuitia, calumnias, & scommata iaculatur. Hi sunt illi afflicti, tribulati, excarnificati, patibulis appensi, & dum adhuc in viuis sunt tumulati. Hi in quatuor dissecti partes, turribus, portis ac locis, publicis ciuitatum imponuntur, prout ex hac nostra historia satis superque manifestum euadit.

Adeo videlicet nullum tormentorum aut mortis genustam atrox ac truculentum est, quod non sacerdotibus istis ac alijs qui eos recipiunt, occultant, & iuuant inferatur.

---

*Ipsam falsitatem esse, quod nemo in Anglia ob religionem occidatur.*

*Edictum mendax.*

CAPVT XXV.

Non contenti barbari ac crudeles illi Anglicanae scuitiae administri Catholicis per varia & exquisita tormenta vitam ademisse, honorem quoque & existimationem auferre illis conantur, dicentes cum Regina in edicto, eos non religionis, sed perduellionis ac prodicionis ergo extremo supplicio affici. Et quonia in libro secundo, parte prima huius Historiae falsitatem ac mendacium illud, causasque propter quas Reginae ministri hunc pretextum adhibeant attingimus (mutando in hoc tyrannos Ethnicos & superiorum saeculorum haereticos, qui cum Ecclesia Catholica persequerentur, ac quare id facerent sciscitarentur, respondebant: quod videli.



delicet Catholici multa enormia ac horrenda flagitia patrare consueverint) eò studio sum lectorem in presentiarum remittimus, Quæ Tyrannis etsi omninò acerbissima sit, noua tamen non est, nec recenter in Anglia excogitata, sed ab alijs hæreticis ac barbaris Tyrannis ad Martyres pro fide Catholica morientes gloria & honore suo spoliandum. Ob hanc causam D. Hierony. Constantium Arrianum Imperatorem fraudulentum persecutorem appellat, dicens eum omnibus Decijs ac Neronibus fuisse crudeliore. Et S. Gregorius Nazianzenus contra Iulianum Apostatam scribens hæc ait: Incæpit contra nos impius ille Imperator særeire, & vti etiam honore nos frustraret, quo Martyres affici consueverunt, hoc primum artificiosissimè allaborabat, vt qui pro Christo moriebantur, tanquam facinorosi plecti ac puniri viderentur. Et alibi inquit: Hoc vnum Apostata studet, vim facere & fecisse videri nolle, ac nos cruciatos & mortuos honore qui pro nomine Christi patientibus solet adhiberi, priuare. O insignem hominis delinquentiam? Hactenus S. Gregorius Nazianzenus. Qui eximius ac eloquentissimus etiam Ecclesiæ Doctor Iulianum Apostatam idè stultitiæ condemnat, quia nimirum is artificiosè negare conabatur, quod vniuerso mundo constabat: dicens se Christianos propter scelera perpetrata occidere, cum neminè lateret, eos idcirco mori quia Christianam religionem profitebantur. Idem autè omni-

*Martyrj  
palmas Im-  
perator im-  
pius Catho-  
licos pro fide  
morientes  
priuare co-  
matur.*

*Orat. 1. in  
Iulium.*



nò nobis de huius edicti authore licet dicere.  
O stultitiam singularem! ò ineptiam homi-  
nis delirantis, qui in luce tam clara & re-  
splendente, in re quæ manu palpari, & eui-  
dentissimè potest comprobari, id te effectum  
speres ut oculi nostri non videant, quod  
digiti palpant! Primum namque ex omni-  
bus illis Seminaristis ac Iesuitis, qui hactenus  
in Anglia manus vestras cruentaerunt, vel  
vnum mihi nominate qui arma contra Regi-  
nam portarit? qui in campum contra illant  
militem deduxerit? qui subditos ad defensi-  
onem sollicitarit? Date mihi aliquem, qui de  
homicidio, furto, adulterio, aut alio graui-  
ore delicto fuerit accusatus, quemadmodum  
vestræ sectæ ministris quotidie contingit.  
Non reperietis scio vllum, nec cum verita-  
te dicere poteritis Dei ministrorum aliquem  
ut facinorosum accusatum condemnatum-  
que fuisse. Imò nunquid eo tempore quo eos  
torquebatis, & iam patibulo astarent, vitam,  
libertatem, ac alia præmia ijs obtulistis, si  
Reginam pro Anglicanæ Ecclesiæ capite re-  
ciperent? quo quidem ecquid aliud significa-  
re poteratis, quàm eo solum nomine iniu-  
stissimè illos contrucidare? Quot S. Marty-  
res eodem temporis puncto coram vniuerso  
populo confessi sunt se innocentes & absque  
culpa mori, non proditones, non delicta,  
quæ de illis opponebantur in se cadere;  
sed idcirco tantum de medio tolli, quod  
Christiani essent, quodque contra suam  
conscientiam REGINAM Ecclesiæ caput  
fateri



fateri nollent: Deum testem & iudicem faciendo? Quod vos Dei seruis cum veritatem populo qui ad spectaculum concurrerat essent iudicaturi, silentium imperauistis, ne innocentia cum qua moriebantur perspiceretur? Carceres autem vestri Catholicis laicis, opulentis, nobiles, illustribus, Sacerdotibus venerabilibus, ac viris spectatis pleni nunquid contra vos ipsos clamant, & solo religionis nomine eos captiuos teneri vociferantur? Certè ad calumniam & mendacium illud manifestè conuincendum, sufficet solam Reginae instructionem legere, quam illa ad Commissarios suos, in omnibus Regni prouincijs, ciuitatibus ac oppidis constitutos misit, vt pœnas & supplicia sanguinarij sui edicti in Catholicos lati exequerentur. Porro huius Instructionis titulus talis erat.

*Instructiones & mandata quadam secreta, Reginae & suorum Consiliariorum ad Commissarios seu Inquisitores, quibus tradita est authoritas exequendi edictum nuper promulgatum, contra Sacerdotes, & reliquos Catholicos, in vnaquaque Anglia Prouincia, seu comitatu. Secundum verò eiusdem Instructionis capitulum sic incipit.*

*Exigetis secundo, ab Episcopo Diocesis illius, in qua est quæq; Prouincia, ab eiusq; Cancellario, Prouisore, & Archidiacono, alijsq; ipsius Prepositi, & curatoribus publicis: nec non a Procuratoribus prouinciarum Secretarijs, Notarijs, alijsq; ministris & officialibus Regni, etiam cuiuslibet urbis, oppidi, aut villa prefectis, & magistratibus rationem, numerum nominum,*



& habitationem eorum omnium, qui ipsis fuerunt detecti, accusati, vel ad ipsorum tribunalia proximis his annis preteritis delati ob religionis negotium, quod Ecclesias publicas, adire recusauerint siue viri sint, siue feminae, & quoniam processus iuris aut censura contra ipsos ab alijs iudicibus hac de causa exierint.

Hæc sunt illius secretæ instructionis formalia verba, quam ideò Deus voluit, propagari, vt veritas constaret, ac edicti Anglicani falsitas intelligeretur, quod adeò impudenter asserit, neminem Catholicorum religionis, sed prodicionis tantùm & læsæ Maiestatis ergo morti adiudicari. Et quoniam hæc res Dei gloriam, Martyrum honorẽ, fidelium exemplum & ædificationem, confusionem Hæreticorum, veritatis manifestationem, & artificiorum quibus Reginæ ministri, vtuntur cognitionem concernit: immorabor paulò diutius huic puncto, ac ex ipsorum Anglorum Annalibus, Historijs & Capitulis Parlamentalibus sermonis istam vanitatem probabo.

In Annalibus itaque eius Regni, scriptis ab Holingshedo & Stou, authoribus Hæreticis, & cum publica authoritate ad perpetuam factorem Elizabethæ memoriam exaratis Anno 159. hæc verba leguntur.

Primo Anno Reginae mense Iulio Nicolaus Hethus Archiepiscopus Eboracensis: Episcopi autem Eliensis & Londinensis & alij tredecim vel quatuordecim, simul iussi comparere coram Regina Consiliarijs, eò quòd recusarent accipere iuramentum de Maiestatis suæ primatu Eccle-

An. 1556.  
Ecclesiastici  
beneficijs  
exuti.



siastico, & de alijs religionis articulis, Episcopatibus suis priuati fuerunt, quod multis etiam Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, Vicarijs, alijsq; Ecclesiasticis factum est, qui beneficijs suis exuti diuersis carceribus traditi fuerunt.

Maynus  
Nelsonus &  
Sherodus ob  
Pontificiam  
Monarchiã  
occisi.

Deinde scriptum reperio apud Scoum in Annalibus Angliæ ipsius Reginæ priuilegio approbatis hæc verba. Anno Reginae 20. Nouemb. verò 30. Cutbertus Maynus (Sacerdos & Theologiae Licentiatus) ad patibulum pertractus, suspensus, & in quatuor partes dissectus fuit in oppido Lancestonij Comitatus Cornubiensis, eo quod potestatem Ecclesiasticam Romanam anteferreret Regina: Et eadem deinde pagina iterum: Tertio (inquit) Februarij, primo statim dituculo Ioannes Nelsonus Sacerdos ob negatũ Reginae primatum Ecclesiasticum, & alia istiusmodi proditoria contra suam Maiestatem verba, è carcere Neugar ad locum supplicij tractus est, suspensus, exenteratus, & in partes dissecti, & 7. die eiusdem mensis Sherodus quidam ob eiusdem læsæ Maiestatis crimen, è castro Londinensi ad patibulum pertractus eodem mortis genere vitam finijt.

Fœmina nobiles condẽ-  
nata de au-  
ditã Missã.

Aliud exemplum ex publicis Regni Annalibus desumam. Holinsedus enim hæreticus perditissimus anno 1574. suæ Chronicæ, hæc verba habet. Anno Reginae 16. April. 4. Dominica Palmarum Londini comprehesi fuerunt tres illustres fœminæ, dum in adibus suis Missa celebranda interessent: Baronis nimirum Morlei uxoris cū liberis suis & multis alijs: & in altera ciuitatis parte eadem ipsa hora deprehensa est Equitis aurati vidua Guilforda, cum alijs multis fœmi-



feminis insignioribus: eodemq; momento capta est in parte diuersa alterius equitis vxor Bruna nomine cum alijs item in eius domo permultis, qui omnes propter hoc idem delictum carceri tradita fuerunt, & inde accusata, conuicta, & iuxta formam legis condemnata. Hactenus Holingshedus; nos veritatem prolixius astruamus. Absoluto Parlamēto & statibus Angliæ dimissis omnes rei, quantumuis facinori ac perdit generalē remissionem consequuntur: à qua tamen soli Catholici excepti sunt. Hinc anno 1581. qui fuit 23. Regni Elizabethæ, in actu parlamento, quo generalis illa venia continetur, hæc verba reperimus: Volumus tamen hanc gratiæ & veniæ generalem concessionem nullo modo ad eos extendi, qui in vltimo sessionis parlamento die, quod tēpla nostra visitare ac diuinis officijs interesse noluerunt, vel propter contumaciam in negotio nostræ religionis, iam in nostro Regno stabilitæ fuerint comprehensi. Constituimus proinde omnes istiusmodi captiuos beneficio generalis nostræ gratiæ, indulgētiæ & remissionis nullo modo frui debere, quoad quidē in dicta sua pertinacia ac inobedientia persistant. Anno 1585. qui fuit 27. Regni Elizabethæ mense Martio, in Parlamento lex longè crudelissima cōtra Catholicos per lata est. In cuius Principio statim dicitur quod etiam Edictum istud continet, puta Sacerdotes Angliā ingrediētes, hoc tantū agere, vt illā turbent ac Reginā occidāt. Quod cū author pro legis suo fundamēto accepisset, ac illas verbis acerbissimis infarcivisset, mox sui ipsius oblitus



oblitis, paragrapho nono eiusdem legis inquit: Constare autem nolumus scitum illud & quod in eo continetur, ad nullum se Jesuitam, Sacerdotem, Seminaristam, aut alium Sacerdotem, Diaconum, Religiosum, aut Ecclesiasticum (quomodolibet dictum) extēdere. Potest clarius, potest expressius, potest evidentius dici causam hujus persecutionis esse religionem? O veritas quantam vim habes: dum videlicet hostes etiam ac inimicos tuos quod res est cogis confiteri? Sunt certē hęc formalia actorum verba, sunt scita Capitulorum Parlamentarium, sunt Leges. Sūt Chronica, & sunt Annales. Videamus iā nunc etiam quemadmodum cum ijs Regina dictū conueniat.

Edictum dicit neminem Catholicorum religionis causa mori: Annales autem clamant viros nonnullos illustres ac Sacerdotes, patibulo appensos, exēteratos, ac in quatuor partes fuisse dissectos, quia nimirum Reginam pro summo Ecclesie capite agnoscere noluerunt. Hanc autem Religionis causam esse, quis sanus dubitat? Annales testantur multas primarias mulieres quod Missę interfuerant, iuxta legis tenorem fuisse condemnatas. Et quærat hic quispiam vtrum Angli Catholicos ob religionem occidant? Edictū dicit, neminem ob religionem vita, bonis, facultatibus, & libertate in Anglia priuari. At perhibent Annales multos Episcopos, Archiepiscopos, Prælatos, & Ecclesiasticos in magna dignitate constitutos, Ecclesijs, redditibus & beneficijs spoliatos & in carceribus pro-

*Hic mulieres interficiuntur eo quod Sacro Missa officio interfuerint.*



propter religionis nonnulla puncta pessimè  
fuisse tractatos. Quid est hoc aliud? quam li-  
bertatem, quam bona, quam vitam amittere?  
Quod si etiam omnibus istis autoritatibus  
destitueremus, illud tamen opinor suffice-  
ret, quod Capitula Parlamentalia quoslibet  
reos Hæreticos in libertatem asserentia so-  
los Catholicos inculpato ac innocentes car-  
ceribus, eximi non volunt. Potest ergo in  
Anglia adulter, potest homicida, potest la-  
tro, blasphemus, periurus, & homo quantū-  
vis flagitiosus gratiam obtinere, dummodò  
hæreticus sit; valere videlicet Capitulorum  
Parlamentalium: solus autem Catholicus,  
quia talis est, ab omni gratia exclusus est.  
Quæ cum ita certa ac ipsa meridiana luce  
clariora sint, audet adhuc Regina publicè di-  
cere in Anglia ob religionem neminem mo-  
ri, neminem bonis, facultatibus, & libertate  
spoliari? sed idcirco tantum quia proditores  
sunt, & quia legitimo suo Regi ac Domino  
repugnant? O impudentiam solis hæreticis  
propriam! videamus nunc etiam quibus  
rationibus barbarum illud edictum  
adeò manifestum mendacium  
confirmet.

*Rationes*



## CAPVT XXVI.

Tribus argumētis Edictū vtitur vt astruat neminem in Anglia ratione religionis interfici. Primum est, quia in processibus criminalibus contra Catholicos institutis, illi non alio titulo accusantur, condemnantur, & occiduntur, quàm læsæ maiestatis. Secundum est, quia in Anglia multi opulenti & præstantes viri, qui diuersam à Regina fidem tuentur nec vita, nec bonis nos aut libertate priuantur. Tertium, quia ad eò blandè & modestè cum diuersæ religionis hominibus agitur, vt nihil præter multam pecuniariam ab ijs exigatur, qui Ecclesias Anglicanas nolunt frequentare. Examinemus nunc tres istas rationes, ac earum pondus veritatemque consideremus: Posito enim quòd conclusionis falsitatem conuicerimus, eius etiam argumenta refellenda sunt, vt illa ipsa veritatem nostrā testificentur.

Primam rationem, quæ ait in processibus criminalibus nullā religionis, sed læsæ Maiestatis mentionem fieri, falsissimam esse ipsi processus testantur, in quibus plerisque non alterius delicti quàm religionis mentio iniicitur. Anno 1578. decima septima Februarij die, Londini Adolescens, imò puer quatuordecim annorum, liberalis admodum formæ Thomas Scherodus, post sex mensium captiuitatem, post catenas, post inedia, post alia plura tormenta in arce Londinensi patibulo appen-

Anno 1578.  
 Londini 14.  
 annorum  
 puer pro fide  
 Catholica  
 contrucidatus.



appensus est. At quare? Non egressus erat Angliam absque licentia, non fuerat Romæ, non vixerat in Seminarijs, non erat ordinatus à Papa, nunquam regnum turbare conatus fuerat, non accusabatur ut seditiosus Iesuita nec ut proditor condemnabatur. Cur ergo condemnabatur, quare accusabatur? Solū quia diuersis quæstionibus à Iudicibus institutis satisfacere nolens, confessus fuit penes Papam supremam Ecclesiæ esse potestatem. Atque hoc ex eorundem iudicum publicis actis constat ac liquet. Sub idem ferè tempus ac eadē in Londinēsi arce alius adolescēs laicus Cooperus dictus, non accusatus, non conuictus, sed in itinere Rhemos versus interceptus comprehenditur ac Marchio coronatur. Marco autem Tipeto quis nescit candenti ferro aures fuisse traiectas? Quis easdem bibliopolæ Roulando Ginx, & nobili Valangero amputatas esse ignorat? ob nullam planè aliā quā ob religionis causam; Tam anno etiam 1583. Ioannem Bodzum, & Ioannem Sladum, duos doctrina ac ingenijs excellentes adolescentes, alterum Vintoniæ, alterū Andoueri occisos constat; quod negarent Reginam in rebus Ecclesiasticis Papalem potestatem habere, quemadmodum ipsorum iudicum sententia declarauit. Similiter Anno 1584. Gulielmus Canterus Londini & Richardus Vitus Valliæ post atrocissima tormenta mortē perpessi sunt: alter quod librum Catholicum imprimi curauisset, alter quod Sacerdoti peccata sua cōfessus fuisset. Verū satis ut opinor exemplorū istud est, ad primā edicti rationē repellendam.

Plu-



*Supplicatio  
nobiliū  
Cathol. quā  
pro religione  
captiui Re-  
ginae tradi-  
derunt.*

Plura tamen qui scire desiderat, is ingentem copiam eo in libro reperiet, cuius titulus est: *Concertatio Ecclesie Catholicae in Anglia aduersus Calvinopapistas, & Puritanos, sub Elisabetha Regina.* Prodiit hic Treuiris anno 1588. extatque in eo supplicatio nonnullorum nobilium Catholicorum, quam pro religione capti, Reginae consilio exhibuerunt, explicantes in ea carceris miseras ac calamitates, iuxtaque humiliter obtestantes, quatenus poenarum acerbicatem nonnihil mitigaret. Illi ergo inter cetera sic aiunt: Si à sua Maestare quod petimus impetrare possemus (tamen si iam à multo tempore captiui teneamur & condemnati simus, quòd ad Calvinistarum templa & conciones accedere nolimus) vellemus equidem planè ac sincerè protestari, nos toto vitæ tempore nullam aliam ob causam quàm propter consciètiarum nostrarum scrupulos suæ Maestati obedire non posse: in reliquis autem illam pro nostra Domina, Principe & Regina clementissima velle agnosce-re. Potestne clarius ac expressius dici, nobiles illos incarceratos ac bonis suis ob religionem fuisse priuatos? Consideranti sanè mihi aliquoties asseuerationem cum qua falsitas ista in hoc edicto affirmatur, & facilitatem qua ea potest conuinci, abesse non posse videtur quin vocabula illa religio, proclitio, Catholicus, & perduellis, apud Anglos propriam rationem ac significationem habeant, quàm alia regna & prouinciæ nò agnoscant atque intelligant, siquidem in toto terrarum orbe Religio virtus est, quæ docet ho-

minem



minem cū debito interiore ac exteriori cultu Deum reuereri, Proditio autem est conspiratio contra personam vel statum Principis, in Anglia autem vocabula ista ita confunduntur vt religio & proditio pro eodem sumantur. Hinc postea leges cōtra eos qui Catholicam Religionem profitentur rogauerunt, planè ac si eadem ratione qua Catholici sūt, etiam proditores ac perduelles debeant censerī. Ponamus exemplū. Mandat Regina ne quis sub vitæ poena ordines à Papa accipiat, ne Missam dicat, ne alicui confiteatur, ne bullam, Breue, & Papales litteras secum ferat, ne quenquam ab hæresi, vel Schismate absoluat, ne se absolui aut reconciliari patiatur. Mandat ne quis res sacras Roma delatas, vt Agnos Dei, cruces, imagines, granaque indulgentiarum secū portet. Quisquis autem horum mādatorum aliquod præuaricatus fuerit, hunc illa pro proditore, Papæ amico, suo hoste, ac supremæ suæ spirituali potestati cōtrario habebit, ac vt talē persequetur, affliget, & trucidabit. Atque hinc omninò est quòd qui Missam dixerit, qui confessus fuerit, qui peccatorem absoluerit, qui hæreticum Ecclesiæ reconciliauerit, qui reliquias, crucem aut alia secum tulerit, proditor audiat ac nominetur. Quin cū isthæc omnia actus sint Catholicæ religionis, dicunt eos rebellum, seditiosorum, Regiæ hostiū ac coronæ suæ aduersariorum esse, ac vt tales tractari oportere: quia nimirum in Nomenclatore Ministrorum Reginarum idem est religio quod proditionem quampiam Catholicam

*Fœmina demencia ac rabies.*

tho-



tholicorum fidem concernentem faceres idē quod rebus nouis studere. Vnde ad extremū consequitur neminem illos propter religionem, sed tantummodo ob perfidiam rebellionemq; occidere; quippè cū apud eos maior proditio rebellioque non sit, quā Catholicū esse, & tale aliquid facere, quo Catholicum te monstres ac fatearis. Quod sanè euentissimum argumentum est odij illius, quo miseri isti Deum & sanctam eius fidem prosequuntur, quod videlicet nullum delictum enormius, & grauius putant reperiri, quā esse Catholicum. Secunda ratio, quæ ostendit multos diuites Angliæ contrariæ religionis nequaquam tamen vita & bonis suis spoliari. Antea satis refutata est, cū dicemus multos propter religionem Catholicā vitam ac libertatem amisisse. Illud itaque tantum addo, secundam isthanc rationem, tertiæ aduersari, quæ Regiæ moderationem in certa pecuniæ summa exigenda commendat. Si enim Catholici poenæ loco pecuniam solunt, nunquid id facere coguntur, quia Catholici sunt? Si autem illorum bona ijs adiuntur, nunquid iam secunda ratio corruiat? Obseruemus autem & hoc loco edictum certam mulctæ summam non ponere, quod videlicet fide propemodum maior est. Ego sanè non Turcam, non Tartarorum Principem, non denique vllum subditorum suorum hostem, tam graue suis pondus ac tributū, propter religionis odium imponere existimo.

Quilibet Catholicus, cuiuscunque ætatis conditionis, ordinis & dignitatis, vir ac mulier,

*Ideo persequuntur  
Catholicos  
haeretici si  
mulctam  
impositam  
soluere recusant.*



lier, si decimum septimum annum agat, Hæreticorum Ecclesias adire, aut singulis mensibus quatuor libras Anglicas, soluere cogitur: Quæ quidē summa ad sexaginta sex scutos excurrit. Sed neque hac summa persoluta Deo in fide Catholica seruire illis permittitur, imò semper captiui detinentur & inter timores perpetuas vitam degunt. Si missæ intersunt, aliam mulctam soluunt: si peccata Sacerdoti confiteantur, vt proditores puniuntur. Atque hoc modo per singulos sanctæ religionis nostræ articulos transcurrere possemus. Iam quoties contingit, vt Catholicus quispiam mulcta persoluta, quia hæreticorum templa frequentare voluit, postea etiam omnibus bonis exuitur; Et ita in eadem petitione, quam supradicti nobiles captiui Regio consilio exhibuerunt, dicitur: recurrimus ad maiestatis suæ clementiã, & ad misericordiam Dominationum vestrarum, supplicantes humiliter, vt considerent quantæ patrimoniij nostri angustia sint, & quàm omninò exiguas opes terra nobis nostra suppetet, ad soluendum pœnas pecuniarias nobis impositas; tùm vt etiam periculi recorderentur, in quo constituti sumus, ne videlicet contagioso aliquo morbo inficiamur, propter aëris corruptionem, angustias carceris, multitudinem captiuorum, & multitudinē infirmorum. Quæ omnia nos impellunt & cogunt apud vos supplicare, vt pro nobis apud suam maiestatem intercedant: primò quatenus illius gratiam consequi mereamur, ac deinde vt nobis pœnas pecuniarias ita mitiget

k

tiger



tiget, illas ut pendere possimus, remanente tantum nobis aliqua recula, ea nos, uxores afflictas, ac filios mendicos, sustentare valeamus. ac denique, ut qui iam diu catenati ambulamus, liberiores aliquantò & minus atrocem carcerem habeamus. Verum finis sit huic capitulo, siquidem de materia ista, doctum & grauem librum scripsit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Guilielmus Alanus, respondens imprudenti, & insulso cuidam hæretico, qui tractatum scribere ausus est, quem *Iustitiam Britannicam* inscribit: in quo impudentissimè astruere conatur, neminem Catholicæ religionis ergo, in Anglia plecti; prout à nobis libro secundo dictæ historiæ fuit declaratum.

*Edictum istud acerbissimum, & toti Angliæ intolerabile est.*

CAPVT XXVII.

**E**DICTUM istud Regiæ Elizabethæ, non modo impium est contra Deum, stolidum & falsum contra Papam, oppositum Regi Catholico, crudele contra Seminaristas & Iesuitas; sed ijs etiam infame, & ignominiosum, qui regnum illud administrant.

Potestne maior infamia Regiæ aspergi, quàm si iuste ac merito per vniuersum terrarum orbem inhumana, crudelis, & barbara, existimetur? Si enim benignitas magnis Principibus propria est, & si propter illam amantur, laudantur, & respectantur, etiam ab ijs ad quos se clementia illorum extendit, crudi-



delicet certe summoperè odisse debent & execrari. Quæ autem crudelitas in vniuerso terrarum orbe, Anglicanæ potest comparari? Quæ religionem, innocentiam, sanctitatem, eruditionem, nobilitatem, canos, teneram ætatem, quemlibet sexû & ordinem adedò barbarè persequitur. Quæ natio, quis Rex, quæ prouincia ita hodie ab hominû societate & cõmunionem seiuncta est? in qua Anglicanæ sequitæ similia possis inuenire? Turcæ Christianos in sua religione tolerant, Lutherani in Germania Catholicos patiuntur, absque vlla vi & oppressione; similiter in Gallia & Scotia Caluinistas nõ paucos inuenis, tamen si sæpè populari & militari, seditioni ansam porrexerint. Scythæ & Barbari, eos non lædunt, à quibus non offenduntur, tamen si aliam, & à sua diuersam foueant religionem. In sola autem Anglia terminus & modus cõtra Catholicam religionem sæuendi, non inuenitur; imò quantò quis fidelior Reginæ minister cupit videri, tantò crudeliùs innocentium sanguini violentas manus immergit. Et faciunt tamen ista, qui humani, politici, & populares audire volunt; quique mirabiliter sibi gratulantur: si audiant administrationes suas moderatas, faciles, legibus antiquis, & laudabilibus Angliæ consuetudinibus conformes esse, & existimari. O ignorantiam legum antiquarum, si tales illas esse credunt! O incredibilem impudentiam! si illas cognoscendo, persuadere nobis volunt, ea quæ contra Deum & sanctos illius faciunt, antiquis regni Britannici legibus esse conformia.

*Sola Anglia  
sanguine  
Catholicorum  
expleri na-  
quit.*



Istæ enim leges, quas edictum commemorat Anno vigesimo quinto Regni sui à Rege Eduardo tertio contra Iesæ Maiestatis reos rogatæ sunt: in quibus casus illius criminis assignantur, inter quos sunt contra Principis vitam coniurasse, aut exercitum contra illum ducere, quæadmodum manifestè potest confirmari. Hinc omnes temporis nostri politici, qui ad gubernacula Regni Anglicani sedent, dicunt, tot illustrium ac innocentium hominum cædes in Eduardi tertij legibus esse fundatas, propter eandem planè consequentiam, quam supra retulimus. Sacerdos est, ergo & proditor: supremam potestatem penes Papam esse confitetur, ergo Reginae hostis est: Missam legit, ergo Consiliarios sustollere vult: Confitetur & reconciliat, ergo exercitum contra regnum ducit; quia nimirum in Anglicis Nomenclatoribus Catholicus proditori æquiualeat, & quia sub synonimis vna ac eadem res latet.

*Desolatum  
Angliæ regnum ac desolabile.*

Quod si etiam miseras & ærumnas intueamur, quæ ex hoc edicto consecutæ sunt, constituemus reuera illud longè grauissimum, ac intolerabile planè debere videri. Quæ enim maior seruitus, quæ grauior miseria potest reperiri, quàm omnes Patres familias, regni vniuersi ad eò rigidum examen, putidam diligentiam, & puerilem curiositatem, in domesticis suis examinandis debere adhibere? Quam graue istud onus, & quàm vasta moles pro regno vniuerso istud est? Quàm difficile inquisitoribus, quàm acerbum inquisitis, quàm ingratum examinantibus, & quàm atrox



atrox examinatis? Si vnus explorator integrum populum potest affligere, quid innumeri exploratores ac persecutores in quolibet regno facere non audebunt? Quantum tu illorum esse putas? qui vel senectute, vel infirmitate, vel alio infortunio impediti, non scribunt, scripta non conseruant, & conseruata Commissarijs exhibere non possunt? Quantas occasiones edictum istud vindictæ, cupiditati, inuidiæ, crudelitati, & perfidiæ, putas patefacere? Quot inculpatores, omnibus suis bonis spoliari, vt inobedientes, ac edicti transgressores, propter Commissarij morositatem, hostis malevolentiam, exploratorum falsam accusationem, scribarum cupiditatem, & omnium reliquorum iustitiæ ministrorum impietatem, crudelissimè tractari, plecti, & excarnificari? grauis omninò res est, neminem Angliæ regnū ingredi posse qui non millies interrogetur, & ad mille iuramenta adigatur, grauius autem est, quòd vniuersum istud regnum tanquā carcer clauditur, extra quem sine expressa Regiæ licentiæ pedem efferre non potes: Vnde ad extremum consequitur, neque eos qui intrant, neque eos qui exeunt, ab istis se molestijs posse liberare.

Quæ verò miseria illa est viatorem ad hospitium, ad tabernam, & ad diuersorium cōcidentem, dum edit, dum bibit, toties nomine suo, de vita, de religione, interrogari? Quæ agendi ratio quemlibet domus suæ Dominum in ea securum esse non posse, sed cōtinuò debere expectare vt aliquis Regiæ



auctoritate armatus se inuadat, ac bonis omnibus euertat? Idque in omnibus ciuitatibus, oppidis, pagis, Prouincijs, & totius Regni Parochijs? Cui isthoc non intolerabile pondus, non insupportabile iugum, non res omnium miserima esse videatur? Quis Consiliarios talia constituentes sapere iudicet, si quidem quod faciunt, & periculum quod ipsos subsequi potest melius non perpendunt? Maneat proinde eos non tantum impios contra Deum à bonis omnibus, non modò crudes à quibuslibet ratione præditis, sed imprudentes etiam ab vniuersis Rerumpub. ac Regnorum peritis existimari. Quis neget solam illam barbariem & immanitatem cum qua Catholici Anglicani tractantur, defectionis & tumultus posse esse causam? Cum enim tantus diuitum ac potentum Catholicorum numerus in Anglia reperiatur, si videant propter eam se religionem affligi & molestari in qua ipsi nati, maiores autè sui mortui sunt; si cogitent terribilem illam persecutionem, à tot iam annis inceptam, indies crescere & augeri, quòd quidem aliqui supersint qui illam foueant, regnumque illud destruere euertereque satagant: Quid mirum foret, si patientia in desperationem, ac longanimitate in furorem conuersa, non tantum Catholici, sed etiam hæretici, eorum agnati tot ex suis indies occidi mactarique conspicientes defectionem molirentur? nunquam à periculo caruit nimium subditos opprimere. Pleni sunt Historicorum libri, ex quibus perspicimus sæpenuerò violenti-

lenti-



lentiam regni turbasse, imò eueruisse: vniuf-  
que Principis crudelitatem exacerbatis sub-  
ditis, respectum, obedientiam, ac vitam et-  
iam perdidisse. Quod si iam Catholicorum  
afflictioni, Hæreticorum oppressio, & into-  
lerabile iugum, quod edicti seueritas illis  
imponit addatur, quid amabo sperari: quid  
expectari potest? Considerent m. hi hæc edi-  
cti illius authores, cogitent nullam totius  
orbis nationem toties in regimine mutasse,  
quoties sua cogitent contemptum Religio-  
nis plerumque istas mutationes fuisse subse-  
cutas, prout ex eo colligere est, quod Gil-  
das sapiens, & venerabilis Beda, ac alij pru-  
dentes Anglicarum rerum scriptores obser-  
uauerunt.

---

*Cum Edicta hæc tam falsa sint, cur pu-  
blicantur.*

CAPVT XXVIII.

Sciscitabitur fortassis non nemo hoc loco  
Sicut edicta tam acerba, crudelia, ac terri-  
bilia, à Regina, quæ sicut mulier est, ita plus  
pacis quàm belli, plus lenitatis quàm crude-  
litas, plus blanditiarum quàm tormnētōrū  
amica esse deberet? Considerato præsertim  
periculo quod illa sibi creat, rogentur, per-  
ferantur, ac publicentur? Sciscitabitur in-  
quam, non nemo, & iustè sanè nec immeritò:  
verùm vt interrogationi isti satisfaciamus,  
antè videndum est, quis hodie in Anglia sta-  
tus, quod regimen, & quis denique illius gu-  
bernator sit: Quorūlibet. n. regnorū admini-  
stratio



*Controuer-  
sia utrum  
praestet ma-  
los Consilia-  
rios quam  
bonos habe-  
re.*

stratio à Regijs ministris & Consiliarijs de-  
pendet, vt quales ipsi sunt tales, deinde etiã  
actiones in regno administrando deprehen-  
dantur. A multis haectenus viris prudentibus  
dubitatum fuit vtrum minus malum sit, Re-  
gem bonum malos Consiliarios, quàm Regẽ  
malum bonos Consiliarios habere: Si enim  
bonorum Consiliariorum monitis acquie-  
scat, etsi pessimi ingenij sit, subditos tamen  
nolet opprimere. Sin verò optimã etiam in-  
tentionis ipse, ambitiosus, sordidis, ac illibe-  
ralibus pareat, illi quo aquam ad suum mo-  
lendum deriuent, res ijs tali colore pingët,  
& habitu iustitiã, pietatis, ac vtilitatis ita  
vestiët, ipse vt Rex quantumuis iniustas, per-  
niciosas & abominabiles illas amplectatur,  
nec ante damnum suum agnoscat, quàm vbi  
propria authoritate retrogradi amplius non  
potest: Quoties verò contingit mali vt Con-  
siliarij ne malè suasisse videãtur, quotide no-  
ua excogitent ac illa Regi suo, tanquam Re-  
gni sui commodum spectantia representent?  
Hęc certè omnia ex nostra historia intelligi,  
& exemplis Cardinalis Volsæi, Cromueli,  
ac aliorum quos diximus possunt confirmari  
vt constet quæ edicta & quis hodiernus sta-  
tus regni istius sit. Assumpsit Elisabetha pro  
principibus regni suæ Maiestatis, circa initium  
regni sui, homines aliquot humiles, auaros,  
hæreticos, Calvinistas qui ei suaserunt vt Re-  
gni stabiliendi causa religionem Catholicã  
mutaret, nec S. Apostolicã sedẽ agnosceret.  
Paruit illa: isti verò totã regni nobilitatẽ ad-  
eò illo suo quo Cathol. religionẽ persequun-  
tur,



tur, & crudelitate sibi innata (etsi falsò mansuetudinis prætextu velata) ita peruerterunt, illud ut iã vnũ spectarèt, quomodo Religionẽ Catholicam toto Regno eradicare, innocentumque se sanguine saturare, auaritiãque suam illustrium hominum spolijs, ac fortunis possent explere. Atque si deinde negotium suum amplius promoturi, soli regnaturi, ac in suo tantum Regno pacẽ habituri, cum aliorum bello ac turbatione, causa fuerunt quod Regina in vicinos Reges rapinis, assultibus, & incendijs grassari non dubitauit. Hi mare infestarunt, & nostris spolijs diuitias & fortunas sibi pepererunt. Hi cum ante viles, abiecti, ac ignoti essent, tandem auctoritate qua pollent, thesauros cumularunt, superba palatia ædificarunt, & Dominorum titulum proprium sibi effecerunt. Cum ecce omnibus istis non contenti ( auaritia namque modum ac terminum non habet ) videntesque expleri se non posse, nouos cuniculos ac vias plura possidendi excogitant. Et sicut ipsi Hæretici sunt, ita Catholicos vita ac opibus indignos esse credunt, ac è vestigio illis spoliandos existimant: illa, ne sibi astent in abominabili sua secta propaganda: istic, ut ipsi ditescant & rem familiarem augeant. Quoniam autem id ipsum absque offensione facere non possunt, quod videlicet nullam iustam facti causam adducunt, quodque mitioribus, nonnullis Hæreticis Religionis illa ratio sufficere non videtur: præter rebelliones, ac coniurationes contra Reginam exci-  
k § dum

*Aperta Elizabetha crudelitas, auaritia, rapina.*



dum cogunt ac impellunt) maiorem adhuc veritatis apparentiam mendacijs suis conciliaturi, publicè proclamant, Sacerdotes & Catholicos sua cum Papa & Rege Catholico pacta habere, ac illorum iussu in Angliam proficisci, quò illic subditorum animis corruptis, faciliùs exercitus hostiles in Regnum possint induci. Hic fons, hæc origo, hæc scaturigo est illius mēdacij, hæc radix tanti mali, hoc filum, ex quo adeò lamentabilem glomerem efficiunt, hoc exordium tanti & tam subtilis artificij. Hinc illæ contra Regem Catholicum iræ, hinc calumniæ contra summū Pontificem, hinc tyrannis vniuersa contra Dei Sacerdotes, hinc denique edicta tam crudelia & acerba proficiscuntur; quo videlicet mendacio color & gratia aliqua concilietur, miser Angliæ populus circumueniatur, nonis continuò tributis & oneribus emungatur, ipsique etiam non minimam illorum partem adipiscantur. Dum ergo illi adeò crudelia & acerba ipse edicta suggerunt, illa in tantis se angustijs cōstitutam ac tam potentibus Principibus circumseptam videns, ijs rerum summam permittit, quæ nauim suam ingrediens nouarchos sibi delegit.

Nonnulla



*Nonnulla huius persecutionis authoribus  
consideranda.*

CAPVT XXVIII.

**O**restor itaque omnes ac singulos edi-  
ctorū istiusmodi authores, ut homines  
& Christianos esse se cogitēt, humanitatē nō  
exuant, & crudelitātē quæ bestijs propria est  
non induant. Meminerint Sacerdotes & Ca-  
tholicos, quorum sanguinem profundunt,  
similiter homines Christianos, suos gentiles  
conterraneos, nonnunquam agnatos consan-  
guineosque esse. Et quoniam ipsa quantum-  
uis ferocia animalia naturæ ductu intelligūt  
sibi in eiusdem specie bestias non esse serui-  
endum, quomodo illi homines cū sint, ali-  
os homines fratres suos ad macellum & car-  
nificem trahere non vereantur? Et siquidem  
Christiani sunt, cogitent mihi mansuetudi-  
nem ac benignitatem illam, quam Christus  
verbis ac operibus nobis commendauit. Co-  
gitent illum Euangelium suum, non armis,  
non cum barbarie, non cum immanitate, sed  
cum comitate, ac sanguine concionatorum  
voluisse prædicari: quo videlicet eiusdem  
veritas intelligeretur, pro qua illius conci-  
onatores vitam profundere nō dubitauerūt:  
Cogitent illustres ac hæroicas illas Dei ser-  
uorum in tormentis ac morte elucentes acti-  
ones humanas non esse, sed à solo Deo  
proficisci, qui vires athleticis suis sufficit,  
ut constantius pro veritate moriantur. Co-  
gitent persecutores Tyrannos simul ac Ne-  
ronem

*Oratio in  
uocina in  
Romana  
Ecclesia he-  
stas & Ca-  
tholicorum  
persecutores*



ronum, Diocletianorum, Maximinorū & aliorū Principum crudelissimorum imitatores esse: qui id ipsum aliquando fecerūt, quod vos nostra hac ætate contra Catholicos maiore etiam cum immanitate designare non dubitatis. Et si quidem prudentes haberi censerique volunt, considerent mihi quæso parumper à quot iam annis Angliæ Catholicos, Seminaristas ac Iesuitas affligere & persequi incœperint. Cogitēt modos quibus visi sunt ad illos capiendum, cogitent examina quibus captos vrserunt, cogitent calumnias, & proditiones quas illis falsò imposuerunt, supplicia denique ac mortes cogitent, quibus eis afficere non dubitauerunt. Cogitent nihil se vnquam prætermisisse quo eos ab ingresso Angliæ prohiberent, nihil denique nō tentauisse quo eos, qui iam intrarant vita bonisque omnibus spoliarent. Quid autem mabo tot iam annis, cum tā acerbis legibus, cum carceribus, cum catenis, tormentis, inedia, ignominia, falsa infamia? imò cum omnibus armis effecerunt? quæ per innumeros Regiæ crudelitatis ministros comprehenderunt, vt Dei seruos ac Sacerdotes à Regno suo submouerent? Nunquid vestra crudelitas fidē Catholicā in Anglia suppressit? Eius radicē extirpauit? Nunquid edictorū vestrorū malum Iesuitas & Seminaristas arcere potuistis, ne in Reginam vestram ingressu fidem Catholicam annunciarent, ac erroneas animas in veritatis viam reducerent? non certè: ipsi enim vos in edicto vestro confitemini, intra breue temporis spatium plures quam vnquam



vnquam antehac Catholicos in Angliã peruenisse. Itane verò? Ergo Dei manum hic non videtis? & quis pro Catholicis pugnet non intelligitis? An non aduertitis Catholicorũ illum sanguinem, quem profunditis eorundem semen esse? quodque Deus pro vno à vobis occiso mille Hæreticis vitam elargiatur: qui Catholicorum constantia ac suorum barbarie perspecta, hanc veram Religionem esse oportere intelligunt? quæ tam eximia operatur? Quod sanè si ita non esset, quomodo tot nobiles, delicati & diuites adolescètes mortem adedò auidè expeterent? quæ robustissimos ac fortissimos etiam homines perterrefacit? quomodo cum gaudio tolerarent? inter quæ validissimi homines deficiunt? Quomodo ita certatim in Angliam morituri conuolarent? nisi à Dei spiritu mouerentur? & sicut alij Martyres aliquando pro eadem fide mortui confunderentur? Si autem Deus pro illis pugnat, quæ malum dementia illa est? sperare eos te posse vincere? Si à Deo mittuntur, quomodo vos illos submouebitis? Si à Deo multiplicantur quomodo vos illos eradica-  
 bitis? Si à Deo confortantur, quomodo fore arbitramini vestræ vt illas leges perterrefaciant atque exaniment? *a* Cogitate gigantes Babylonicam turrin incerpisse, perficere autem non potuisse. *b* Cogitate Deum Achitophetis consiliũ ita subuertisse, ipsum vt se ille suspenderit? Cogitate Herodem infantes occidisse: Christum autem consequi non potuisse. Cogitate impium Apostatam Iulianũ denique agnouisse, quod Deo reluctari non posset,

*a* Genes. 19.

*b* 2. Reg. 17.

Matt. 2.

Theodoret.

lib. 3. ca. 29.



Theodorst.  
lib. 3. ca. 20.

Ahor. 9.  
B. Job.

posset, cum exclamaret: *Vicisti Galilae*, ita cum ille per contemptum, Seruatorem nostrum appellabat. Non est namque sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum; inquit Sapiens. Cogitare difficile esse contra stimulum calcitrare, quemadmodum Saulus ante conversionem fuit expertus. Cogitate, Pharaonem populum Israeliticum eradicare cupientem ab ipso Deo fuisse eversum, quod videlicet illud B. Job fallere non potest: *Quis resistit ei, & pacem habuit.* Cum Seminarium Duaci excitaretur, id continuo ne quidquam pessundare voluistis. Transplantatum fuit Rhemos & nihil non ad id subuertendum tentauistis; verum id non modo vobis non successit, sed aliud etiam Romae mox aedificatum fuit. Haec deinde duo propugnacula vestrae perfidiae ac furori opposita conspicati, omnes machinas contra eadem collocauistis; resultante ex eisdem tertio Seminario in Valladolid. Cui cum mox quoque vos opponeretis, edictum crudelissimum contra Sacerdotes promulgaretis, & in eodem contentas poenas barbarè exequeremini: quid aliud consecuti estis quam quod modo per totam Angliam constat, extra illam Seminaria quaedam esse, ad quae multi docti & virtute praediti adulescentes confugerunt? quid aliud quam quod liquet Rhemensi, Romano, Valladolidano quarum Seullarum accessisse, & alia deinceps accessura; si opus fuerit; quia videlicet diuinæ Maiestatis consilium vinci non potest, prout Gamaliel dixit. Reuocate vobis in memoriam exempla simili-



similium tyrannorum ac Ecclesiæ persecutorum; cogitate quem plerique finem habuerint; quas victorias, triumphos, & coronas, Deus fortibus suis athletis contulerit; quodque eorum memoria apud nos perennem ab vniuersis Catholicis colitur ac honoratur; cum qui eos Martyrio affecerunt è contra sub æterna ignominia ac ignorantia nocte sepulti, in sempiterno inferni barathro ardeant & consumantur. Imò persuadete vobis idem vobis euenturum, Deumque eadem via qua vos illius seruos occidere, & velut proditores diffamare satagitis, eos honoraturum ac per vniuersum terrarum orbem glorificaturum; vidi ego Beati Patris Edmundi Campani è societate Iesu, quem vos Lundini Deo barbarè de medio sustulistis imaginem in India subtilissimè affectam: scio eundem eodè tempore quo vos illum excarnificabatis vt Iesu Christi martyrem fuisse honoraturum; vos autem velut Dei Ecclesiæque suæ hostes & tyrannos, maledictos. Quod si vetera exempla vos non terrent, moueant saltem recentia ac moderna. Vbi nunc sodes Dacon vester est? vbi Vvalsingamus? vbi Robertus Dudlæus Comes Lecestriæ? Vbi Hatton Cancellarius Regius? Nunquid omnes mortui sunt, & plerique terribiliter, vti & vobis accidere potest? Còuertimini proinde aliquando ad Deum: non estote adeò crudeles erga illius seruos; cogitate dum illos vt hostes tractatis à Deo eos honorari: imitigite & reuocate edicta vestra; imitami mihi antiquos Ecclesiæ persecutores quæ

*Imago Patris Societatis Iesu Londini ab hereticis martyrio affectu colitur ab Indis.*



qui videntes nihil se agere & Catholicos in  
ter tormenta crescere, leges quas cōtra illos  
rogauerāt abolere rursus coacti sunt. Impe-  
rator Traianus Plinio suadente suam contra  
Christianos persecutionem mitigauit. Adri-  
anus eius successor pro illis ad Minucium  
Tundanum Proconsulem scripsit, ac Hiero-  
solymas pro habitatione ijs assignauit. Anto-  
nius Pius Achiaticis illos commendauit, cō-  
fessus coram Deum immortalem illos ado-  
rare. Marcus Antonius neminem accusari id-  
circo voluit quod Christianus esset. Galie-  
nus ne quis eos persequeretur prohibuit. De-  
nique vt breue faciam, Maximinus postquam  
crudelissimè Christianos fuisset persecutos  
post barbara edicta etiam æri incisa vt per-  
petua essent publicata, videns frustra se esse  
& Deo reluctari non posse, eadem reuocare  
coactus est.

*Quæ Seminariorum Sacerdotes ac alios Ca-  
tholicos ad hoc certamen animare  
debeant.*

CAPVT XXX.

**V**erum quoniam futurum scio vt obstina-  
ti & occæcati isti me non audiant, con-  
uertam tamen orationem meam ad vos cha-  
rissimos Fratres & Patres Societatis Iesu, i-  
mò ad omnes dictorum Seminariorum Sa-  
cerdotes, quos Seruator Noster ad tam illu-  
stre facinus delegit & sub vexillum suum af-  
sumpsit. Et quamuis ego potius in pœnis, pe-  
riculis, certaminibus, & coronis vobis opta-  
rem



rem associari; attamen quia tantam felicitatem non mereor, illud saltem me recreat & afficit quòd animo vos comitari ac certaminibus vestris mihi licet interesse. Nihil opus est vt ego vos animem, quippè qui pro Duce & confortatore ipsum Deum habetis: potius ergò me ipsum animaturus & tam inæstimabilis beneficij memoria, quo Deus vos affecit, mentem meam consolaturus, vos rogo & obtestor tantum vt bonum assidue memoriæ vestræ infigatis, illud vti par est ponderetis, ac quo decet affectu amplectamini. Mementote mihi quòd Angliæ vestræ regno sub profunda & Aegyptiaca nocte sepulto, Deus in vestra corda non aliter quàm in terrâ Gesen lucem claritatemque suam infuderit. Cōfiderate cum attentione ad quam dignitatem vocati, quemadmodum errantium duces, cæcorum rectores, sacramentorum dispensatores, fidei Catholicae prædicatores, Dei militesque & Capitanei sitis constituti. Instruite proinde mihi corda vestra orationibus, poenitentia exercitijs, bonis operibus, & præcipue ardenti desiderio ac zelo gloriæ Dominicæ ac salutis proximorum. Armate vos scuto fidei, galea salutis, & Tromphæa verbi diuini: Non cadatis animo, propter vestrorum paucitatem & hostium multitudinem: Non abijcite hastam, quia vos debiles, infirmi pauperes, & inermes, isti verò fortes, bellicosi ac robusti sunt. Cogitate Deum honoris sui admirabilem zelatorem esse, & non rarè gloriam suam (ne videlicet homines sibi illam arrogarent) magnis exercitibus detractam debili

*Non in fortitudine  
brachij tui  
sperandum.*

*In altissimæ  
Dei manu  
& potentia  
habendâ esse  
fiduciam.*



bili ac infirmo populo contulisse. Cogitate Abraham qui cum seruis tantum suis Philistæorum exercitum cecidit: Cogitate Ionatam, qui eorundem castra ope vnius militis perterrefecit: Cogitate Samsonem qui asinæ mandibula mille hostium occidit: Cogitate Davidem qui superbum Goliath funda tantum & lapidibus suis prostravit. Cogitate Prophetam Eliam, qui solus ac inermis quadringentos & quinquaginta Sacerdotes Baalis interfecit. Cogitate Sanctam Iudith quæ ebrium Holofernem & Assyrios simul vniuersos deleuit. Reuocate vobis in memoriam Gedeonem cui Deus trecentos tantum milites assignauit, ne victoriam à Madianitis relatâ suis viribus posset ascribere. Confidite in Domino & firmiter credite eum trecentis alijs qui hodie in Anglia existunt victoriam de hostibus esse concessurum; vt videlicet sicut trecenti illi Gedeonis milites, tubas veritatis & lampades Charitatis vobiscum portantes nō timeatis vasa testacea, hoc est, corpora vestra confringere, & pugnando pro Domino vitâ profundere. Non terreat vos hostis furor & crudelitas, non frangant exquisita tormenta vobis præparata; Dominus namque vos seruabit, quemadmodum & Daniele de laeu leonum, & tres pueros ex fornace Babilonica, & Ionam ex ventre ceti liberauit. Hic vobis inter tormēta vries sufficiet; ita vt pœnis vestris fortiores, in carcere liberiores, quàm qui vos incarcerant, lapsi vos prostermentibus firmiores, ligati vos, vincientibus solu-



soluiores, & iudicati vos condemnantibus  
altiores sitis. Vestra vulnera rosæ ac flores e-  
runt, sanguis autem qui ex corporibus vestris  
promanabit regia purpura: corpus vestrum  
laceratum & excarnificatum, spiritu integrū  
existet. Consumptis carnibus virtus non mi-  
nuetur; dempta substantia, patientia non sub-  
trahetur; mors autem vestra gratissimum Dei  
Sacrificium est futurum. Pulchrè certè San-  
ctus Cyprianus in exhortatione ad Sanctos E-  
piscopos, Sacerdotes, ac plures alios pro  
Christo captos ait:

*Imposuerunt quoque compedes pedibus ve-  
stris, & membra felicia ac Dei templa infami-  
bus vinculis ligauerunt, quasi cum corpore lige-  
tur & spiritus, aut aurū vestrum ferri contagi-  
one maculetur. Dicatis Deo, hominibus & vitā  
suam religiosa virtute testantibus, ornamenta  
sunt ista, non vincula, nec Christianorum pedes  
ad infamiam copulant, sed clarificant ad coro-  
nam. O pedes feliciter vincti, qui itinere salu-  
tari ad paradysum diriguntur. O pedes in secu-  
lo ad præsens ligati, vt sint semper apud Domi-  
num liberi! O pedes compedibus & transuersa-  
rijs interim cuncti abundi, sed celeriter ad Chri-  
stum glorioso itinere cursuri. Quantum vult hic,  
vel inuida crudelitas, vel maligna, nexibus vos  
suis & vinculis teneat, citò a terris & pœnis  
istis ad cœlorum regna venietis. Non foue-  
tur in metallis, lecto & culcitris corpus,  
sed refrigerio, & solatio Christi fouetur.  
Humi iacent fessa laboribus viscera; sed pœna  
non est cum Christo iacere. Squallet sine balne-*



is membra situ & sorde deformia, sed spiritaliter intus abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus; At non in solo pane viuit homo. sed in sermone Dei. Vestis argentibus deest, sed qui Christum induit, est vestitus abundanter & cultus est. Semitonisi capitis capillus horrescit; sed cum sit caput viri Christus; qualecunque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & terra gentilibus, quali splendore pensabitur? Sacularis hac & breuis pœna, quam clari & æterni honoris mercede mutabitur, cum secundum B. Apostoli vocem transformauerit Dominus corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ?

*Sanguinem  
& vitam  
pro Christo  
profundere  
honestum  
& gloriosum  
est.*

Hactenus D. Cyprianus. Et quæ omnino maior felicitas potest reperiri, quàm eo pro Domino mori, qui antè pro nobis mortè oppetere non dubitauit? pro eo tormentis subiici, qui eadem pro nobis tolerauit? quam mortem naturæ debitam in sacrificium vitæ auctori offerre. Quæ melior versura potest excogitari, quàm cœlum & vitam sempiternam pro fragili ac momentanea accipere? Quæ maior felicitas potest expectari, quàm gloriosissimorum Martyrum cohortibus annumerari, quæ cœlum venustant & exornat? Quot serui pro Dominis suis moriuntur, qui tamen hanc ijs gratiam & fidelitatem recompensare non possunt? Quot milites fortiter pro Regibus suis dimicaturi & nomen illustre reportaturi, lanceis transfodiuntur, & glandibus ferreis de medio tolluntur? Agite pro-



proinde ô fortes Christi milites & fideles Domini nostr serui, non percellant vos tormenta: quæ si læuia sunt tolerate, si acerba & grauia non duratura cogitate. Ad hoc vos euocati estis, ad hoc delecti, ad hoc deputati. Sunt hîc certamina, sunt conflictus, sunt vulnera; at sunt etiam victoriæ, coronæ, & triumphi: Verû cum insigni inæqualitate, quipè cum certamina leuia & breuia, præmia autem & coronæ immarcessibiles immortalesque sint.

*Continuatio præcedentis Capituli, & trium causarum, quæ Martyribus animum addere debent, explicatio.*

## CAPVT XXXI.

**T**Ria potissimum sunt quæ vobis ad bellum istud proficiscentibus animum addere debent. Primum est causa quam defenditis. Secundum, modus quo patimini. Tertiû certa victoriæ referendæ spes. Ac primû quidem causa, quæ martyrem facit, & quæ vos ante omnia mouere ac animare debet, hoc est quòd videlicet in Angliam proficiscimini, nò vt regnum istud turbetis, non vt Regina vitâ eripiatis, non vt politicum regimen curetis (ista enim sublimibus vestris cogitationibus humiliora sunt, nec à vobis fieri debent, ne iustam calumniandi causam aduersarijs vestris præbeatis) sicut Ecclesiæ panem & vnionem defendatis, vt vestras animas, parentû, amicorum, & familiarium animas saluetis;

*Rationes 3.  
quibus  
Christi mi-  
les solet ani-  
mari.*



*Illustres fi-  
dei Catholi-  
ca testes.*

vt dignitatem Sacerdotij, Maiestatem æterni & sancti Sacrificij, sacramentorum vsum, incorruptam verbi diuini doctrinam, genuinam sacrarum literarum explicationem atque à Sanctis Doctoribus receptam expositionem conseruetis. Si pro minimo fidei nostræ articulo mori, si pro vnius sacramenti defensione vitam contemnere, si denique pro animæ salute spiritum profunderet, res summæ honorifica ac gloriosa est, quantæ gloriæ ac laudis futurum existimetis pro tot Sacramentis, pro tota lege Dei, & pro saluatione animarum integri alicuius regni mortem oppetere. Sanctus Ioannes Baptista tanti faciebat veritatem dicere, & Herodis turpitudines reprehendere, vt caput suum deponere pro hoc facinore non vereretur. Sanctus Matthæus mori maluit quàm Iphigeniæ quæ virginitatem vouerat, matrimonium suadere. Sanctus Petrus & Sanctus Paulus veriti non fuerunt, Neronis impudicas mulieres ad sanctam nostram religionem conuertere, ac ob eam deinde causam ceruices porrigere. S. autem Thomas fortissimus Angliæ martyr, nūquid pro libertate Ecclesiæ sanguinē suū profudit? Nunquid Episcopus Roffensis, & Thomas Morus, gloria Imperij Anglicani, ac nostri seculi ornamenta, & plures alij religiosi Doctores, Sacerdotes, & Laici, crudelissimis tormentis excarnificari, quàm Regis Henrici connubium approbare maluerunt?

Quæ verò nunc in Anglia tractantur quæ-  
tō obsecro maiora & excellentiora sunt? Im-  
pium Caluini Euangelium, & ab eo inferna-

*le exci-*



le excitatum incendium à nobis restringendum est; tametsi id sanguinis vestri riuus fieri debeat ac profusione.

Secundum quod vos in hoc certamine animare debet, modus est quo hodie Anglia Catholicos persequitur, ac religionem nostram funditus extirpare conatur. Quemadmodum namque ex historia nostra colligere est, non tractatur negotium religionis in Anglia cum insultibus, tumultibus, & seditionibus popularibus, sed in tribunalibus, in iudicijs & cum falsæ iustitiæ inani quadam representatione. Legimus superioribus sæculis Arrianos, Donatistas, & Circuncelliones Hæreticos aliquoties in Italia & Africa fuisse tumultuatos, armatosque impietate & furore in Catholicos inuolasse, ac multò quàm crudelissimè omnes interfecisse. Nostro autem sæculo scimus in Gallia, Zelandia, & Hollàdia, Calvinistas (qui quinta hæreseos essentia & inferni quidam ritiones sunt) maiore adhuc cum rabie & barbarie innumerabiles Catholicos, religiosos, Sacerdotes, Ecclesiasticos, sæculares viros & mulieres, nulla accusatione, aut processu, vel deliberationis spatio præiusto, ad carnificinam rapuisse. Sufficiebat. n. Catholicæ religionis illos esse, quàm isti tãtoperè oderūt & execrãtur. Et quãuis omnib<sup>9</sup> qui isthoc modo mortui sūt Martyriũ nomẽ ac titulũ attribuam<sup>9</sup>, quia nimirũ causa mortis ab illis toleratq; fides Catholica erat; attamè nescio quo pacto illustrius Martyriũ illud est quod Anglia confert, vbi præter infinitos carceres, custodias, tormenta, pœnas,



*Hic Catho-  
lici varijs in  
rebus exa-  
minandi si-  
sunt.*

& seuerissima examina Catholici interrogantur, vtrum sacerdotio fungantur, vtrum Missam legerint, confessi fuerint, confitentes absoluerint, Papæ supremam potestatem credant, & Regnam Anglicanæ Ecclesiæ caput esse confiteantur: vbi amici & agnati sanctos Dei seruos pervertere, iudices falsis promissionibus decipere, minis perterrefacere, & tormentis expugnare contendunt. Vbi martyribus vita, incolumitas, salus, libertas, & præmia promittuntur, si ad Hæreticorum se Ecclesias ituros promittant, aut veniam à Regina petant. Dico ergo modum istum excitare vos debere, vt cum maiore animo illud negotium aggrediamini, quippè cum vt diximus, per id perfectum quoddam Martyrij genus ac superiorum temporum persecutionibus, nescio quo pacto similis conferatur.

Quid autem etiam hoc loco dicam de securitate victoriæ ac illius certitudine? Fortissimi quique milites vrbein cum aliquâ adoriuntur, vel cum bellum aggrediuntur, non possunt non dubitare de victoria, propter incertos præliorum exitus ac successus. In hac autem spirituali nostra pugna, de illa dubitare non possumus, non modò quòd scimus, si non moriamur, nos vincere, aut si moriamur, multò magis victoriam reportare: sed quia etiam ineffabiliter cognoscimus nullam crudelitatem Tyrannorum, nullam malitiam hæreticorum, nullum furorem persecutorum, imò nec ipsas inferni portas ac potestates contra Ecclesiam fidemque illam posse præualere, quæ



quæ supra Petram & cōfessionem Sancti Pe-  
 tri fundata est ; imò quin intelligimus quas-  
 libet vndas & tempestates rupi huic impa-  
 ctas frangi ac resilire. Quantum Deus bone,  
 vsque in hodiernum diem passa fuit Ecclesia  
 Catholica à Iudæis, Gentilibus, Mauris, Im-  
 peratoribus Romanis, Regibus barbaris Go-  
 thorum, Vandalorum, Hunnorum, Longo-  
 bardorum, ab Hæreticis Nouatianis, Arria-  
 nis, Donatistis, Eutychianis, Iconoclastis,  
 Albigenſibus, Husitis, Calvinistis, ac innume-  
 ris alijs perditionis sectis? Omnes autem i-  
 stos veritas vicit, Ecclesia superauit, rigataq;  
 propugnatorum suorum sanguine succreuit,  
 & quantò plures de medio tollebantur, tan-  
 tò copiosior ac maior subnascentiū erat mul-  
 tudo. Finem dicendi non faciam, si omnes  
 victorias ac triumphos Ecclesiæ Catholicæ  
 explicare contendam : imò si crudelitatem  
 tormentorum, sæuitiam tormentorum, pati-  
 entiam & constantiam Martyrum, & denique  
 gloriosum finem, victoriam & pacem quam  
 post sanguinolenta illa pro fide Catholica  
 gesta bella acceperunt, exponere & declara-  
 re aggrediar. Solùm hîc Sulpitij Seueri verba  
 referam, qui de Diocletiani & Maximiniani  
 crudelissima persecutione loquens, inter cæ-  
 tera ait: *Qua tempestate omnis ferè sacro Mar-  
 tyrum cruore orbis infectus est : quippè certatim  
 gloriosa in certamina ruebatur, multoq; auidi-  
 us tum martyria gloriosis mortibus quærebatur,  
 quam nunc Episcopatus prauis ambitionibus lib. 2. s. 7. 6.  
 appetuntur. Nullius vnquam magis bellis mun. Historie,*

Olim Eccle-  
 sia persecu-  
 tores infinitè  
 quæro?



S. Hierony-  
mus com-  
mode ceci-  
nit in hunc  
modum.

mundus exhaustus est : neque maiore vnquam triumpho vicimus, quàm cum decem Annorum stragibus vinci non potuimus. Et Tertullianus ait: Plures efficimur, quoties metimur à vobis, semen est, sanguis Christianorum. Et S. Hieronymus: Persecutionibus Ecclesia creuit, Martyrijs coronata est. Eleganter autè & Prudentius scribit:

Nec furor quisque sine laude nostrâ  
Cessit, aut clari vacuus cruoris,  
Martyrium semper numerus sub omni  
Grandine crescit:

Adeò vt, sicut D. Augustinus inquit, ipsi illi eius sæculi Principes, qui Christianos propter falsos suos Deos persequi solebantur mox ab iisdem Christianis victi & superati, folium verterint, & contra idola leges tulerint, propter quæ ante Christianos tractabatur. Imò ipsum Romani Imperij culmen, deposito suo diademate, ad sepulchrum Petri Piscatoris semel prostravit. Quid itaque de Hæreticis illis dicam qui æquali cum crudelitate, imò maiore cum periculo Ecclesiam fuerunt persecuti? Certæ victoriæ illæ quas Deus Martyribus de Hæresi triumphantibus contulit, adeò illustres fuerunt, vt tamen alio testimonio destitueremur ad probandam solam Ecclesiam Catholicam legitimam Dei sponsam, cæteras verò vniuersas spurias & Sathanæ ancillas esse, hoc solum argumentum ad veritatem istam declarandam sufficere non posset. Nam vt breue faciam, nunquid vel vnus Arrij Hæresis sufficienter ostendit Ecclesiam Catholicam inuincibilem esse



esse ac inexpugnabilem? Docebat illa Filium Dei Patri consubstantialem non esse, hoc est, illi non æqualem, nec verum Deum, sed tantum creaturam. Atque hac illi opinione fundamentum totius Christianæ religionis euertebant. Docebant hanc falsitatem multi Philosophi, homines literati, magni & subtilis ingenij, non pauci Episcopi, Pastores & Magistri: Defendebant illam Imperatores, Principes & Monarchæ totius mundi, summa cum barbarie, sæuitia & crudelitate; ita ut nullius sexus aut ætatis ratione habita in omnes promiscuè debaccharentur: Occupauit Prouincias plurimas, Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem: Durauit diu, ac finijt tamen, triumphante Ecclesia, eius authore Arrio subitanea morte pereunte; & Constantio, Valenteque Imperatoribus, Theodorico Ostroghorum Rege in Italia, ut Hunnerico Vandalorum in Africa (qui acerrimi & primarij eius fuerant propugnatores, miserabiles exitus sortientibus. Vnde. S. Pater Augustinus Psalmi 57. versum hunc exponens; inquit: Non vos terreant Fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis: nolite timere post paululum transit, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Multa hæreses iam emortua sunt, cucurrerunt in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Et in alio loco: Ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hæreses pugnas.

D. August.  
Psalm. 57.

*Pugna.*



D. Aug. lib.  
1. de symb.  
cap. 5.

Pugnari potest, expugnari tamen non potest.  
Hereses omnes de illa exierunt tanquam sar-  
menta inutilia de vite precisa: ipsa autem ma-  
net in radice sua, in vite sua, in charitate sua;  
porta inferorum non vincunt eam.

Deum in  
tribulatione  
tua habeto  
refugium.

Idem planè Deus in Anglicana illa persecu-  
tione faciet, si animo nõ contrahimus, si for-  
titer nos gerimus, & (ò Patres & fratres in  
Christo Iesu charissimi) viriliter dimicamus.  
Et dubitare sanè de hoc omninò nõ debemus,  
siquidem ipse Dominus nobis id promisit, i-  
psa experientia docet, ipsi nostri persecuto-  
res edictis suis confirmant & significant se  
metuere frustra esse, ac artificiosa sua crude-  
litate efficere nihil posse, siquidè intra pau-  
cos menses maiore numero Catholici Angli-  
am intrauerunt, quàm antea intra multos an-  
nos. Quod si hostes nostri timent ac tremunt,  
cur amâbo nos metuamus? Aut quomodo  
fortissimo illi nostro Capitaneo non confide-  
mus qui ait: *In mundo pressuram habebitis, sed  
confidite, quia ego vici mundum.* Hic ille est  
qui in Ecclesia sua Tyrannos, Reges, Impera-  
tores, & mundi Monarchas superauit. Hic il-  
le est, qui sponsæ suæ sedibus omnes hæreti-  
cos & infernales magistro, eam inficere co-  
nantes subiecit. Hic idem ille est, qui iam in  
nobis & pro nobis pugnat, quem dum ad la-  
tus habemus, cur quæso metuimus? *Si Deus  
pro nobis, quis contra nos?* Non potest dubium  
esse de victoria, sub tali duce, tali pseudo, &  
capitano.

Pugnat a nostra parte veritas cõtra menda-  
cium



ciū, fides contra infidelitatem, Religio cōtra impietatem, iustitia contra iniusticiam, patientia contra crudelitatem, & deniq; Ecclesia Dei contra Sathanæ Synagogam. Pro nobis stat Euangelium Iesu Christi in illius cruce fundatum, tot Martyrum sanguine rigatum, innumeris miraculis confirmatum, à multis sanctis & illustribus Doctoribus explicatum, ac denique mille & sexcentis annis non violatum: Sanctum in doctrina quam docet, efficax in animabus conuertendis, vnum in omnibus locis, temporibus & nationibus, quæ cū tot ac tam distantes sint, huius Euangelij vinculo ac nudo colligantur, & visibili suo capiti vniuntur, quod est Pontifex Romanus, se amplexantium benignus Pater, & omnium suorum hostium victor ac triumphator. Pro nobis stat Potentia Patris, sapientia Filij, & fauor Spiritus Sancti; omnes Angelorum Hierarchiæ, Sanctorum exercitus ac eorum præcipuè qui in Angliæ ob Calvinianum Euangelion mortui fuerunt: quod sicut diximus cum incæstu plantatum sanguine rigatur, non eorum qui id prædicant, sed qui illud impugnant.

---

*Causa propter quas Deus Anglicanam illam  
persecutionem permittit.*

CAPVT XXXII

**C**onclusuri Historiani istam de Schismate Anglicano, operæ pretium fecisse videbimur, si causas aliquas inuestigemur, propter



pter quas ineffabilis & secreta Dei prouidentia tam barbaram persecutionem in Regno illo permittat. Timeo namq; ne non tantum ex populo, sed ex prudentioribus etiam nonnulli inueniantur, qui statum Angliæ & hostium Dei potentiam carnis oculis intuiti dicere possint Deum causam suam deserere, honoremque suum ac seruorum suorum non vlscisci. Hic ego assistente Domino in presentiarum aliqua saltem ex parte satisfacere constitui. Et quoniam in libro de Tribulatione superioribus annis à nobis scripto copiosè ostendimus cur Deus hæreses esse, ac illas nonnunquam contra fideles suos præuallere patiatur, eo beneuolo Lectore remisso, nunc tantum ea attingemus quæ Anglicanâ persecutionem non cernunt.

*Admirabilis Dei prouidentia.*

Quantum ergo ego debili ac infirmo meo iudicio assequi valeo, dico in terribili illa Angliæ persecutione mirabiliter Dei misericordiam elucere, qui nauem suæ Ecclesiæ paterna prouidentia gubernans, eam tandem in securo & desiderato æternitatis portu constituit. Etsi enim ille in omnibus suis operibus duo hæc spectet, gloriam suam & nostram salutem: ea tamen ambo amplius multo in Anglicana illa persecutione elucet. Nam quomodo homo maius Deo seruitium præstare potest, quàm si pro illo moriatur? Et quomodo sibi ipsi melius consulere, quàm si pro eo Domino vitam deponat, qui antè pro se illam deposuit? In Martyrium certaminibus & victorijs, gloria Dei & utilitas ipso.



ipforum Martyrum ita vt sibi connexæ erant, altera vt absque altera non cresceret, sed ex Domini honore maior corona martyri resularet.

Et quoniam Deus tantus gloriæ suæ zelator, ac nostræ utilitatis amicus est, mirum videri non debet, quod certamina illa permittit ex quibus ipse tantum honoris, homo autem tantum fructus consequitur & emolumentum? Consideremus ab vna parte arma quibus dæmon contra beatos Angliæ Martyres pugnat: ab altera autem eorundem robur ac fortitudinem, per quam vincunt ac resistunt examinemus; intelligemusque è vestigio quàm admirabilis diuinæ gratiæ & potestas sit. Pugnant ergo contra illos Dæmones, & homines Dæmonum ministri, pugnant famas, sitis, ruditas, infamia, blanditiæ, spes, timores, & vanæ promissiones; pugnant tormenta carcerum, catenæ, fidiculæ, rotæ, ignis, furca, & gladius; pugnant carnis nostræ infirmitas, hominû complexio, & amor proprius. Quamuis autem tantam hostium multitudo illis oppugnet, ea tamen gratiæ diuinæ vi contingit vt viri, mulieres, pueri ac puellæ, tanta fortitudine eosdem debellant, vt indices confundant, Tyrannos fatigent, Catholicos confirmant, & Angelos ipsos exhilarent.

Hinc nonnulli qui nec Angli erant, nec in Angliã vnquam vixerant, tot gloriosorum Anglicanorum Martyrum exemplo commoti, in id se Regnum contulerunt, & eos-

*Quot ar-  
nas & cala-  
mitates  
Martyres  
habent.*



In Annot.  
Martyrolog.  
Rom. 29.  
Decemb.

& eisdem in supplicijs ac sanguinis pro Domino effusione imitari comitarique noluerunt. Et spectant imprimis huc quæ Cæsar Baronius Ecclesiasticæ Historiæ scriptor dignissimus dicit, vbi dicit de S. Thoma Cantuariensi loquitur: *Videre meruit seculum nostrum hac ex parte foelicissimum quamplurimas Thomas, sanctissimos sacerdotes, aliosq; nobilissimos viros Anglicanos ampliori (liceat dicere) martyrio coronatos, duplicisq; tituli coronis auctos; cum non solum (vt Thomas) pro Ecclesiastica libertate, sed pro fide Catholica tuenda, restituenda, ac conseruanda nobilissimo martyrio occubuerint; vt inter alios, quos nuper S. Societas Iesu velut agnos innoxios in sacris septis, sanctis eruditionibus ad martyrium, acceptissimas Deo hostias, saginavit; quos Romanum, quos Rhemense, sacra collegia, quæ dixerim celsas turres à facie Aquilonis. & fortissima propugnacula fidei, emiserunt ad triumphos, prouexerunt ad coronas. Maacte animo, maacta virtute Anglicana iuuentus, quæ tam illustri militia nomen dedisti, ac sacramento sanguinem spondidisti: emulor sanè vos Dei emulatione, cum vos martyrij candidatos, ac nobilissimos purpure martyres designatos, aspicio, compellor & dicere: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiat nouissima mea horum similia. Hactenus Cæsar Baronius.*

Quod si iam fortitudo illa quam Deus pro se morientibus, & desiderium pati pro se cupientibus multis seruorum suorum indidit, argumento certissimo est quid diuina gratia possit & valeat: quanto luculentius id victoria



istoria confirmabit, quam eodem modo Ecclesia de omnibus suis hostibus reportat? Nō enim tantummodò Martyr moriens viuit, cadens vincit, & prostratus erigitur; sed etiā ipsa S. Ecclesia, cuius miles est, in illo vincit, & per hanc mortem de omnibus illius hostibus, persecutoribus, ac inferni potestatibus triumphat. Iam eadem persecutio maximam planè Anglicanis Catholicis adfert vtilitatē: quippè qui per eam probantur, examinantur, à terrenis affectibus repurgantur, & quotidie Deo se sacrificant. Vade existimo Sanctiores nunc in Anglia homines reperiri, quàm tempore quietis & tranquillitatis potuerint inueniri: Prosperitas enim plerumque hominem eneruat, frāgit, ac effoeminat; tribulatio verò feruidos, & constantes Martyres facit. Qui ergo persecutionibus succumbentes fidē deserunt; ij ostendunt dissolutē hactenus se vixisse, nec fortes satis ac firmos in fide extitisse. Qui verò non super arenam, sed in fundamento Iesu Christi consistunt, hi inter tribulationes non aliter crescūt, quàm arbor aliqua inter gelu ac pluias. Quantum verò gloriæ Ecclesia Catholica ex hac suorū martyrum fortitudine consequitur? Quantum ædificationis, quantum exempli ab illa promanat? Quàm honorificum hoc est, Ecclesiæ habere filios tam illustres, tam magnanimos, tam bellicosos? Quid autem nunc de alio etiam huius persecutionis fructu dicam: quod videlicet omnes Prouincias & regna Catholica vniuersa docet, quēadmodum cū hæreticis habere se debeant. Erat olim Anglia



glia Regnum longè florentissimum, ita vt in eo virtutem, religionem, humanitatem, pacè concordiam libertatem, & dulcem communicationem admirari potuisses; Nunc autem Babylon quædam effectum est, propter varietatem, contrarietatem & confusionem hæresium; est spelunca latronum propter iniustitias, est macellum feruorum Dei, bellum ciuile, seruitus & miseranda captiuitas; imò incendium, quod ex infernali scintilla cæci amoris exortum, postea à Caluini secta fuit dilatatum. Quæ cum ita sint quanta vigilantia & diligentia omnibus Regibus, Principibus, & Rebuspub. Catholicis necessaria est, ne infernalis iste ignis etiam illorum regna inuadat? Quidni Catholici vsque ad mortem pro fide sua dimicent, videntes dulcissimos fratres suos adeò, crudeliter trucidari? Quid hodie de regno Franciæ sciremus, nisi Angliæ exemplo considerato Catholici Galli sapere didicissent? Præter hos autem iam enarratos fructus docet similiter persecutio illa Anglicana, si à Deo protegi & cõseruari cupiamus, ab omnibus nos peccatis corda nostra repurgare oportere, maximè verò illa quæ portam & fenestram ad Hæresin patefaciunt. Homo namque non subitò in malitiam deuoluitur, sed paulatim ac sensim in illam dilabitur, & virtutum, quas antè possidebat, iacturam facit. Et docet posthæc etiam eadem illa Anglicana persecutio, quemadmodum illis compati debeamus: videntes eos è patria proscriptos, domibus eiectos, fortunis priuatos honore spoliatos, vt proditores habitos, & vt

sediti-



seditiosos perduellosque tractatos. Omnes enim nos Catholici fratres sumus, & vnius mystici corporis membra, quod est Ecclesia, cuius caput Iesus Christus est, ac illius in terris Vicarius, Pontifex Romanus. Quamuis autem inter Christianos laudabile semper habitum fuit ijs succurrere, & subuenire qui pro Christo patiuntur: nobis tamen maximè allaborandum est, vt fortium illorum militum exempla imitaturi, eorum memoriam nostram fœcordiam, & teporem excitemus, sicque magno animo quaslibet aduersitates exanthlemus. Quis non de cætero paupertatem paciēter toleret, videns hodie in Anglia tot diuites ac illustres viros omnibus suis bonis spoliatos & in carcerē retrusos, nec stragulam habere qua se tegant, nec panem quo famem sedent? Quis æger aliās desperaturus, non erigatur ac animetur, cogitans innumeros sacerdotes delicatissimasque matronas hodie in Anglia crudelissimis tormentis excarnificari? Cùm labor nos exhaurit, ieiunia conficiunt, ac aliæ huius vitæ miseriæ nos affligunt, erigi continuò ac terreri debemus, cùm persequutionem illam Anglicanam cogitamus: qua Deus non aliam ob causam permittit nisi vt fides nostra confirmetur, spes solidetur, charitas accendatur, diuina gratia intelligatur, patientia roboretur, deuotio excitetur, voluptates abijciantur, pigritia valere iubeatur, & negligentia ac pusillanimitas denique nostra confundatur. Accedunt eisdem fructibus aliæ adhuc utilitates, hæreticos ac persecutores nostros concernentes,

m 2 qui-



August. l. 18.  
de ciuitate  
Dei.

Lib. Exam.  
in opere  
quarta dici.

quibus Deus ad tempus scuticam permittit, ut suorū fidelium patientiam exerceāt, à peccatorum scoria illos repurgent, virtutemque ac illius merita & coronas in ijs augeant. Omnia autem ista ineffabilem Dei misericordiam bonitatemque testantur; quippè qui ex maximis mundi huius malis maxima bona elicit, qui tyrannos tolerat, ut martyres habeat, & hominibus peruersis bonos affligere permittit, quo illorum patientia manifestetur. Nam simili omninò ratio concedit ut Hæretici Ecclesiam Catholicam affligant, vexēt, ac tribulēt, quò ita in persecutionis cribro agitata purior, sanctior, ac perfectior euadat: & quò hominibus vniuersis constet, eam subinde ad instar Lunæ Ecclypsin pati & obscurari, nunquam verò sicut D. Ambrosius docet, deficere virtuteque sua priuari.

F I N I S.

*Son. tis gess Paderb.*

Psal. 128.

*Sepè expugnauerunt me à iuuentute mea,  
etenim non potuerunt mihi.*